eſt nomen plur. cum affixo prim. perſ. ſingulare eſt עֶצֶם/ format autem plurale & in ים & in ות hoc eſt, tam juxta terminationem maſculini quam fœminini generis. Thema eſt עָצַם roborare, corroborare. Item numeroſum eſſe Jere. 15. Pſal. 40. 6. & 13. Atque ſic etiam explicandum eſſe Pſal. 35. 18. quidam ſtatuunt. Hinc os dicitur Ebręis à robore. Prętera עֶצֶם ſignificat corpus oſſis nomine, quod illud fulciat & roboret. Accipitur etiam pro rei ſubſtantia, cui aliquid innititur. Hinc Rabbini dicunt, abiit ipſe בְּעַצְמוֹ in ſubſtantia vel corpore ſuo i. per ſeſe, quemadmodum aliâs גוף i. corpus in Scriptura uſurpatur, Exod. 21. 3. Servus qui venit בְּגַפּוֹ in corpore ſuo, i. ſolus, egredietur בגפו i. ſolus. עֶצֶם igitur non eſt pronomen. Quamvis enim interdum ita reddi poteſt, tamen ea non eſt ejus propria, ſed tranſlata ſignificatio.

Verſ. 4. עַד־מָתָי] Quouſque. Eſt imperfecta locutio, ex animi anguſtia profecta, quæ ita ſuppleri poteſt; quouſque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

vis differre auxilium; vel, me affligere; vel id patieris, vel ſimile quid. Sic Pſal. 90. 13. Chald defectum ſic ſupplet רְוַח לִי permitte me reſpirare.

Verſ. 5. שׁוּבָה] revertere. Eſt imper. cum ה paragog. thema eſt שׁוּב / quod ſignificat reverti, redire. Item avertere ſe, recedere. In hiſce verbis Davidis eſt Apoſiopeſis pathetica, ut ſubaudiatur ab ira, vel ad me. Ut ſenſus ſit, reconciliare, placare, eſto mihi placatus. Vel quaſi diceret, jam diu diſceſſiſti à me i. deſeruiſti, ergo revertere nunc & fer mihi opem.

חַלְּצָה] Eripe. Eſt imper. phiel à themate חָלַץ / exuere, extrahere: eruere, liberare, expedire. Hinc חֲלָצַיִם lumbi, quod circa eos expediamur & accingamur ad militiam. In verbis a. his, eripe animam meam, eſt Ellipſis. Subintelligitur enim, à morte, ut exprimitur Pſal. 116. 8.

הוֹשִׁיעֵנִי] Serva me. Eſt imperat. Hiph. à themate יָשַׁע / Hinc formatur vox Hoſiana.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſiana. Eſt enim compoſita ex הוֹשִׁיעַ ſerva & נָא quæſo. Obſervandum autem vocem הושיע frequenter conſtrui cum Dativo. Atque inde explicandus eſt locus, Matth. 21. ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ.

חַסְדֶּךָ] Miſericordiam tuam. Eſt vox compoſita cum affixo ſecundæ perſonæ. Simplex eſt חֶסֶד quod ſignificat certam affectionem, miſericordiæ, pietatis, gratiæ, benignitatis, & benignam bonam voluntatem erga aliquem, ſine reſpectu meriti. In homine eſt interdum pia ac benigna affectio, per quam benefacit. Interdum merces aut benignitas quam recipit, ut Eſai. 40. 6. Ubi intelligitur glorioſa gratia quam habemus à Deo. Vulg. vero vertit ibi per gloriam; imò quod plus eſt ipſe Apoſtolus Petrus 1. Petr. 1. 24. hunc prophetæ locum adducens, nomine δόξα reddidit. Græca verſio LXX. plerumque habet ἔλεος, quod allegatur in N. T. Matth. 9. 13. ex Hoſ. 6. 6. Hinc vir pius vocatur חסיד gratioſus, miſericors. In N. T. verò, ὅσιος

ſanctus

ſanctus Act. 13. 35. Eſtque talis qui impetravit gratiam, miſericordiam &c. à Deo, & viciſſim juxta Dei exemplum, eſt pius, mitis, gratioſus, miſericors erga alios, Nehem. 13. 14.

Verſ. 6. בִּשְׁאוֹל] In ſepulcro. Lxx. ἐν τῷ ᾅδῃ, in inferno. Utrumque enim ſignificat, ſed prius melius quadrat. David enim petit liberationem à morbo, qui fecerat eum proximum ſepulcro i. morti. Vox Ebraica in genere notat ſtatum vel locum corporum & animarum poſt mortem, hominum tam damnatorum quam beatorum, indeq; indifferens eſt tam ad ſepulcrum q̃ infernum. Unde etiam Lat. infernus & Gr. ᾅδῃ, tam in ſacris, quam profanis literis utrumque denotant. Infernus enim proprie ſignificat profundum, ſive ſit ſuperius ſive inferius. Et ut cœlum, præterquam quod eſt locus Dei & Sanctorũ, denotat etiam omnem locum ſupra nos, ubi ſtellæ, nubes, venti, volucres ſunt. Sic etiam infernus eſt omnis locus inferior, licet uſitate acci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

piatur pro loco Diabolorum & damnatorum. Ebraicum derivatur à שאל petere & poſtulare, quod omnes ad ſe venire deſiderat, nec ſaturari poteſt Pſal. 89. 49. Prov. 27. 20. & 30. 15. 16. Interdum opponitur cœlo Pſal. 139. 8. Amos 9. 2. Sic etiam ᾅδη, Matth. 11. 23. Uſitate jungitur cum ſepulcro, puteo, corruptione, deſtructione, & ſimilibus vocibus pertinentibus ad mortem, ut comes eorum, Num. 16. 30. 32. 33. Jon. 2. 3. Apoc. 1. 18. & 6. 8. Uſurpatur etiam ſæpe pro magnis miſeriis & calamitatibus graviſſimis. Hinc liberati ab ejuſmodi miſeriis, dicuntur liberati à שְׁאוֹל Pſal. 86. 13. & 30. 4. & 18. 6. & 116. 3. jungitur aliquando cum voce תַּחְתִּיָּה inferior, Pſal. 86. 13. Quod non ita accipiendum eſt, quaſi ſit comparativus, aut epitheton diſcretivum, ac ſi ſit infernus aliquis ſuperior: Sed eſt epitheton perpetuum & amplificans, ſicut in N. T. obſcœna libido, illicita idololatria 1. Petr. 4. 3. Ita ut Pontificii ex hiſce duobus locis, fruſtra

quærant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

quærant patrocinium purgatorii aut limbi ſui, tum etiam idololatriæ licitæ, qua adoratio ſeu cultus divinus, quibuſdam imaginibus in Eccleſia Romana defertur, ut probè notavit Clar. Sixtinus Amama p. m. in ſuo Anti-barbaro. Alii autem volunt eſſe διακριτικὸν, ſed ita ut infernus eo diſtinguatur à ſepulcro. Et duo loca præterea extant ſimilia, Deut. 23. 22. Prov. 15. 24. Ubi tamen quidam interpretes ſemper vertunt ſepulcrum. Ut hoc obiter addam, ſunt qui putant latinum infernus, non ab infra, ſed inferis oriundum. Inferos a. ab inferendo dictos, quòd animas defunctorum in loca ſua inferant. Quod ſi ita eſt, illud etiam facit ad evicendum illud תחתית eſſe epitheton perpetuum τοῦ שאל ſive διακριτικὸν, quo à corporum inferno i. ſepulcro diſtinguatur.

יוֹדֶה] Confitebitur, vel gratias aget, celebrabit cum laude & commendatione. Eſt fut. Hiph. in Kal eſt ידה/ & ſignificat jacere, projicere, jaculari. In Hiph. vero

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

vero confiteri &c. Uſurpatur etiam pro confeſſione peccatorum Pſal. 32. 5. Hinc eſt תּוֹדָה confeſſio, celebratio, gratiarum actio; item ſacrificium eucharīſticum. Et יהודה / quo nomine in S. literis 1. vocatur Juda. 2. tribus Judæ. 3. univerſus Iſrael. Nam poſt Saulem David unctus fuit in regem Judæ, reliquis XI. tribubus adhuc adhærentibus Iſboſeth filio Saulis. Poſtea omnes tulere imperium Davidis, & dictum uſque ad Jeroboam regnum Judæ.

Verſ. 7. יָגַעְתִּי] Fatigatus ſum, vel potius, fatigor, fatiſco. Simili ſermone utitur Baruch Jerem. 45. 3. Vox originalis denotat vehementem corporis & mentis laborem, & per conſequens, deliquium ex defatigatione & opponitur ceſſationi & quieti. Thren. 5. 5.

אַשְׂחֶה] Natare facio i. largiter madefacio ſcilicet lacrymis meis. Elegans hyperbole. LXX. & Vulg. vertunt λούσω lavabo, quoad ſenſum non male. Ebraic. eſt fut. primæ perſ. Hiph. à them. שָׂחָה /

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

לְכָל־לַיְלָה] tota vel qualibet nocte. כָּל־ eſt ſemper abſtractum, univerſitas, ut כָּל־דְבָרִים univerſitas verborum, i. verba univerſitatis i. univerſa. Linea tranſverſa eſt Maccaph, & vocum inter pronuntiandum cohærentiam tantum denotat. Quidam ad Syntaxin pertinere, & voces ſenſu conjungendas ſemper copulare, docuerunt. Atqui Jud. 15. 5. legimus כֶּרֶם־זַיִת vitis olea, res ſẽſu indubiè ſeparandas, per illam conjungi. Unde etiam eſt ille ludus Eliſæi 2. Reg. 8. 10. אֱמָר־לֹא / dic non vivendo vives. Junius igitur talia obſervans, ſtatuit illam eſſe accentum pure tonicum, ſeu Euphonicum.

מִטָּתִי] Lectum meum. Thema eſt נָטָה inclinavit, extendit ſe. Id apparet ex dages in ט / illud enim eſt recompenſativum τῦ נ abſentis, nam plenè diceretur מִנְטָה. Chald. hoc hemiſtichium ſic παραφράζει: אֲמַלֵּל בְּצַעֲרִי כָּל לֵילְיָה עַל שְׁוויי loquor in dolore meo tota nocte ſuper lectum meum. Voci autem מִטָּה admodum affinis eſt מַטֶּה baculus, ſcipio, imò ſi puncta

ſi puncta abeſſent unum pro altero facile ſumi poſſet, nam & ab eodem themate deſcendit, diciturque q. inclinatorium, quod homo ſe in eo inclinet, quieſcendi aut ſe ſuſtentandi gratia. Hinc etiam factum, quod Lxx. interpretes textum Ebraicum abſque punctis legentes, locum illum. Geneſ. 47. 31. וַיִּשְׁתַּחוּ עַל־ רֹאשׁ הַמִּטָּה׃ / Sermo eſt de Jacobo, ſic reddiderint: καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, Et adoravit ſuper extremo baculi ſui i. extremitati baculi innixus. Pro מִטָּה׃ legerunt מַטֶּה׃ / Verum magis mirum videri poteſt, quid Apoſtolum moverit, ut hanc verſionem, in hujus loci allegatione, Ebr. 11. 21. ſequeretur: imprimis cum Spiritus Sanct. inſtinctu ſcribens, non potuit non ſcire, eam, quoad literam, ab originali textu diſcrepare. Sed reſpondent Docti viri, Apoſtolum hanc verſionem retinuiſſe, quòd tunc temporis pervulgatiſſima eſſet, ut ita imperitiorum offenſam caveret, imptimis cùm animaduerteret, eam,

quoad ſenſum, nihil abſurdi aut pugnans adverſus textum Ebraicum, reíque veritatem continere. Utrumque enim ſine jactura veritatis aſſeri poteſt, Jacobum ſenio & morbo fractum atque debilitatum, inter adorandum, & cervicali lecti ſui incubuiſſe, utpote lumbis à tergo ei innixum, ita ut q. ex dimidio ſtaret, & baculum manu tenuiſſe, ut imbecille corpuſculum ſuum facilius ſurrigeret, & arbitrio ſuo moveret. Textus enim diligentius perpenſus indicare velle videtur, pium Patriarcham omni corporis, licet infirmiſſimi, conatu & niſu tentaſſe, ut inter orandum erecto corpore eſſet, ſuoque modulo ſtaret, tum ut omnes prophetæ partes eò melius perageret (quemadmodum legimus prophetas olim ſtantes rebus ſacris incubuiſſe) tum etiam ut liberis & familiæ ſuæ ſummum ardorem & zelum ſuum circa Dei cultum oſtenderet, eoſque ſuo exemplo ad parem excitaret. Baculum verò ei commoditatis gratia admotum fuiſſe, ex ana-

logia cœterorum quæ de eo dicuntur, elici poſſe iidem eruditi judicant, atque eo pertinere id quod habetur verſ. 29. cap. 47. Et appropinquarunt dies Iſrael, ut moreretur. Item cap. 48. 2. Et confortavit ſe Iſrael ut ſederet ſuper lectum ſuum. Et cap. 49. ult. collegit pedes ſuos ad lectum. Atque hæc eſt doctorum virorum, circa horum duorum locorum conciliationem ſententia, in qua etiam acquieſcere præſtat, donec aliquid certius cognoſcere licuerit. Nam cum quibuſdam dicere, Apoſtolum communi errori hic aliquid dare voluiſſe, dum vitioſam verſionem ſequutus ſit, nimis durum videtur.

אַמְסֶה] Madefacio, fluctuare facio. Vel in aquam liquefacio, quæ propria vocis מָסָה ſignificatio eſt, & ad marginem recentioris noſtræ vernaculæ verſionis commode poſita. Senſus autem eſt, madefacio, fluctuare facio, & quem B. Luth. eleganti voce germanica, **Ich Schwemme**/ expreſſit. Phraſes a. hæ

ſunt hyperbolicæ ad exprimendam magnitudinem doloris. In Ebr. eſt futurum tempus formæ Hiph. liquefaciam i. uſitate liquefacio, ad notandam continuationem ſuæ afflictionis.

Verſ. 8. עָשְׁשָׁה] Contabuit, depaſtus eſt. Eſt præt. ſecundæ perſ. fœm. formę Kal, à עָשַׁשׁ / quæ eſt vox admodum Emphatica. Significat enim rodere, exedere inſtar tineæ, atque ita deformare & conſumere. Ex hoc enim verbo deducitur nomen עָשׁ / quod ſignificat tineam exedentem veſtes Pſal. 39. 12. Græc. vertit hic ἐταράχθη turbatus eſt. Chald. חֲשׁוֹכַת caligavit, qua phraſi Job utitur 17. 7. Sed hæc vox majus quid denotat. David enim hoc loco vult indicare, oculos ſuos, præ nimio fletu, non ſolum caligare, ſed prorſus conſumptos eſſe. Sic etiam Pſal. 31. 10. 11. eadem phraſis uſurpatur. Notandum autem quemadmodum oculi in triſtitia caligare, obtenebrari, occæcari, ſic contra in lætitia illuſtrari dicuntur, Pſal. 13. 3. Prov. 29. 13. Eccl. 11. 7. 8.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Nam virium & animi reparatio, vivacitate oculorum ſolet indicari, 1. Sam. 14. 27. & 29. Prov. 15. 30. Eſz. 9. 8. Hinc etiam lux ponitur pro lætitia, Pſal. 36. 9. Eſth. 8. 16.

מִכַּעַס] præ indignatione. Intelligit indignationem, quam conceperat, provocatus ab inimicis. Ebræi habent proverbium, quo dicunt hominis ingenium in tribus patefieri, videlicet בַּכִּיס / בַּכּוֹס / בַּכַּעַס in loculo, in poculo, in ira.

עֵינִי] Oculus meus. Eſt nomen cum affixo. Simplex eſt עַיִן oculus. Oculus autem hic Synecdochice accipi poteſt pro tota facie, ut Num. 11. 7. oculus uſurpatur pro colore & apparentia. A עַיִן oculus formatur elegans vocabulum עוֹיֵן 1. Sam. 18. 9. i. oculis obſervans, nocendi cauſa, ad verbum oculans. Item verbum in phiel עוֹנֵן quod eſt præſtigiari, 2. Reg. 21. 6. & alibi.

עָתְקָה] inveteravit. Vulg. vertit, inveteravi, pro libitu maſculinum pro fœminino ponens, ut contra Gen. 3. 15. IPSA

conteret. Chald. אִיתְבְּלִיַת conſumptus eſt. Thema eſt עֲתַק conſeneſcere, veteraſcere.

בְּכָל־צוֹרְרָי] In omnibus oppreſſoribus meis i. inter omnes oppreſſores &c. Poteſt etiam reddi, propter omnes oppreſſores meos. צוֹרְרָי eſt benoni Kal plural. num. cum affixo. Proprie autem ſignificat, hoſtiliter agentes à צָרַר hoſtiliter egit. Pſal. 5. 9. unius tantum literæ mutatione vocat inimicos ſuos, שׁוֹרְרִים i. obſervatores, qui torvo vultu eum obſervabant.

Verſ. 9. פֹּעֲלֵי] Operantes. Sic Spiritus S. transfert, Actor. 13. 41. ex Hab. 1. 5. Ebr. פָּעַל ſignificat ſpontaneam & perfectam operationem & praxin, ut Pſ. 7. 14.

אָוֶן] Iniquitatem. Originale, quod ſignificationem habet à dolore & moleſtia, latè uſurpatur, denotans quaſlibet impias & iniquas affectiones, actiones vel deſideria, quæ cauſantur dolorem & moleſtiam. Et applicatur ſpecialiter ad Idololatriam, junctum cum

Teraphim

Teraphim vel imaginibus, 1. Sam. 15. 22. Et Beth-El i. domus Dei, in opprobrium vocatur à Prophetis Beth-aven, i. domus Idoli, vel locus vanitatis. Hoſ. 4. 15. & 10. 5. quia Jeroboam ibi inſtituerat falſum idolorum cultum, 1. Reg. 12. 29. Hinc Eſa. 66. 3. Qui benedicit Aven vel idolo, Græcè redditur, Blaſphemator. Quare פעלי און ſunt, qui operantur, exercent aut committunt idololatriam, ſuperſtitionem vel alia peccata & iniquitates, quarum perpetrationem ſequuntur dolor, moleſtia, miſeria & tandem confuſio: utcunque operarii iſtarum iniquitatum excuſent vel ornent ſua facta, quia rejicientur omnes οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, Matth. 7. 23. vel οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας, Luc. 13. 27. quomodo hæc phraſis Ebr. ab Euangeliſtis redditur. Deſumpta a. eſt hæc loquendi formula ex Job. 31. 3. & 34. 8. 22. Chald. vertit עָבְדֵי שְׁקַר operantes falſitatem.

Verſ. 10. תְּפִלָּתִי] Orationem meam. Vox Ebr. ſignificat proprie ſupplicatio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

nem, quæ ſit coram judice. Deſcendit enim à verbo פלל / judicare, determinare cauſas, quarum gratia appellatio inſtituitur 1. Sam. 2. 25. idque non ſolum ſententiam dicendo, ſed & exequendo atque ſontem puniendo. Quemadmodum Phineas dicitur judicaſſe, cum confoderet ſcortantem Iſraëlitam Pſal. 106. 30. Et פלילים dicuntur judices & arbitri Exod. 21. 22. Hinc הִתְפַּלֵּל precari in Ebr. ſignificat quaſi appellare & ſiſtere vel deferre ſe ſuamque cauſam, vel aliorum, judicio Dei juſto, adverſus iniquas condemnationes: aut etiam judicare ſeipſum. Voci תְּפִלָּה admodum affinis eſt תִּפְלָה. Verum quoad ſignificationem differunt hæ duæ voces plurimum à ſe invicem. Hæc enim inſulſitatem, ſtultitiam, fatuitatem ſignificat, & eſt à תָּפֵל / extatque Job. 1. ult. Job non dedit תִּפְלָה fatuitatem &c. Græc. ἀφροσύνην, Vulg. ſtultum quid. Chald. verba peccantia. Ut mirum ſit, quid illi cogitaverint, qui juxta obſervationem Scindleri, in tranſ-

latione ſive paraphraſi ſua Biblica, contra omnes haſce verſiones, reddiderint orationem.

Verſ. 11. יָשֻׁבוּ יֵבֹשׁוּ] Revertantur & pudefiant. Illud יָשֻׁבוּ quidam ita accipiunt, ac ſi David inimicis ſuis hoc imprecatus fuiſſet, in ſignum cladis & pudoris, & reddunt, vertantur ſub. retro, ut Pſal. 56. 10. Alii, quandoquidem hoc verbum immediate cum alio conjunctum, induat ſæpe naturam adverbii, ut Pſalm. 85. 7. idem hic fieri exiſtimant, ideoque vertendum, iterum iterumque erubeſcant. Alii interpretantur hæc verba, ac ſi eſſent inſultantis hoſtibus ſuis, non certe ſine elegantia. Atque ſic verſio noſtra vernacula recentior. Alii loco prophetiæ ſive vaticinii habent, quo certum exitium hoſtibus ſuis prædicit. Chal. κατὰ πόδα transfert יְתוּבוּן וְיִבְהֲתוּן/ ſic etiam Græc. ἀποστραφείησαν καὶ καταισχυνθείησαν, niſi quod Futurum reddat per Optativum. Verum Genebr. docet, id in tribus caſibus fieri oportere. 1. In

precationibus ut in his Pſalmis. 2. In mandatis & præceptis. 3. Quando expreſſe imperativus præceſſit. יֵשְׁבוּ autem eſt fut. tert. perſ. plur. maſc. formæ Kal. Kibbutz eſt loco Schurek, nam ſunt puncta permutabilia. Thema eſt שׁוּב. Vox יֵבֹשׁוּ eſt ejuſdem temporis, ſed anomalon. Nam etſi thema ejus eſt בּוֹשׁ / fut. tamen format ac ſi eſſet compoſitum ex בּוֹשׁ & יָבֵשׁ. Aliâs enim regulariter diceretur יֵבוֹשׁ. Propria a. ejus ſignificatio eſt, palleſcere, flacceſcere, ut cum color deficit & evaneſcit; & notat tum fruſtrationem expectationis alicujus Job. 6. 20. Prov. 12. 3. & 10. 5. & 14. 15. Pſalm. 25. 23. (Atque ita Rom. 5. 5. ἡ ἐλπὶς ȣ̓ καταισχύνει, ex hoc Ebraiſmo dicitur,) tum confuſionem ſeu deſtructionem, Jere. 48. 1. 20. eſtque oppoſitum gaudio, Eſa. 65. 13. Præterea in conjunctione harum duarum vocum notanda eſt elegans paronomaſia.

רֶגַע] Momento i. ut interpretes exponunt, quando me præter expectationem di-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

nem divina ope reſtitutum vident. Gr. duabus vocibus reddiderunt, σφόδρα διὰ τάχους valde celeriter. Dicitur autem momentum רֶגַע / quaſi fragmentum temporis minutiſſimum, & quidem illud cum maxima adeſt ſecuritas, qualem circa extremum judicium, futuram prædixit Chriſtus Matth. 24. 44. Thema enim eſt רגע / quod in Kal ſignificat diſrupit, fidit, in Hiph. quievit, quietum reddidit. Hanc a. Emphaſin B. Luth. optime expreſſit voce commodiſſima **plötzlich.** Vox itaque hæc non malè ex Apoſtolo verti poteſt, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Atque hęc eſt ſententia Clar. Johannis Tarnovii p. m. qui inſuper exiſtimat, pſaltem hac voce, ſicut & repetitione verbi יבשו ad extremum judicium alludere, præſertim cum verba verſus 9. quæ cum his cohærent, Chriſtus à ſe in extremo judicio uſurpatum iri aſſerat Matth. 7. 23. & Luc. 13. 37. Ponitur vero רָגַע pro רֶגַע propter accentum magnum diſtinguentem, Soph Paſuk ſeu Siluk.

ANA-

ANALYSIS LOGICA Pſalmi 6.

PSalmus hic eſt partim εὐκτικὸς, partim καυχηστικὸς ſive εὐχαριστικὸς. Poteſt a. commode dividi in duas partes. In prima orat pſalmiſta Deum, ut ſe à morbo, juſtiſſima pro peccatis pœna, ſibi immiſſo, mortiſque periculo liberet, idque tum generaliter, iram Dei, tanquam cauſam procreantem morbi, deprecando verſ. 2. contraque gratiam ejus ceu cauſam ſanationis expetendo v. 3. tum ſpecialiter ſanitatem & curam petendo v. 3. & 5. Præterea variis utitur argumentis ad Deum ad exauditionem inducendum. Ea vero ſunt numero quatuor, vid. morbi magnitudo, quæ ex effectis ſignificatur v. 3. 4. & 7. item benignitas Dei v. 5. gratitudinis pollicitatio v. 6. mœſtitia ex hoſtium gaudio v. 8. In ſecunda parte gloriatur cum gratiarum actione, preces ſuas à Deo exauditas eſſe, ſimulq; acri increpatione hoſtibus ſuis inſultans,

certum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

certum exitium eos manere oſtendit v. 9. 10. 11. De tempore quo hic Pſalmus ſit conſcriptus nihil certi tradunt interpretes. Sunt tamen qui eum ad tempus Abſolonicum referunt, & miſeram fugam illam Davidis cum ſede & urbe regia ſua cederet, ut ſit σύγχρονος Pſal. 22. 25. 69. 86. item 38. Atque illi per morbum de quo hic conqueritur, cujuſque ſanationem à Deo petit, intelligunt non corporis ſed animi morbum ſive ægritudinem, in qua corpori etiam bene eſſe non poteſt. Rationes autem hujus ſententiæ haſce adferunt. 1. Quod in Pſalmo diſerte exprimitur, ab hoſtibus & perſecutoribus tantam ægritudinem exiſtere vel ſaltem augeſcere. Clauſula enim indicat eò tempore ſcriptum, quo multos adhuc hoſtes habuit. 2. Quod Baſilius Pſalmum hunc non de morbo corporis in Davide interpretatur, ſed comparat eum cum Pſal. 38. quem etiam non de morbo corporis factum eſſe cenſet. 3. Quod ſimilis querela in Pſal. 31. exiſtit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

nec ullus unquam eum de morbo corporis interpretatus ſit.

ANALASIS LEXICA Pſalmi 32.

VErſ. 1. ſive titulus. מַשְׂכִּיל] Erudiens. Ita proprie, eſt n. particip. Hiphil, à themate שכל / quod ſignificat ita erudire aliquem, ut cum ſcite & rite opera ſua effecerit, proſperetur. Subintelligitur autem hîc שִׁיר vel מִזְמוֹר / ut ſenſus ſit, Pſalmus vel carmen erudiens i. eruditione plenum. Ita quidam, ex verſ. 8. infra ſequenti, אַשְׂכִּילְךָ erudiam te. Alii ut Abenezra exiſtimant, משכיל initium cantilenæ fuiſſe, ad cujus modos hic Pſalmus, & quotquot præterea hoc titulo inſigniuntur, ut ſunt 42. 44. 45. 46. 52. 53. 54. 55. 78. 88. 89. 142. fuerunt decantandi. Lxx. & Vulg. reddunt, Pſalmus intellectus i. interprete Genebrardo, Genus odæ, de intellecto & concepto peccato. Quo etiam tendere videtur paraphraſis Chaldaic. quæ ſic habet,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

bet, לְדָוִד שְׂכְלָא. Etſi vero hic titulus non ipſum argumentum explicat in ſpecie, Pſalmum tamen commendat, à ſingulari doctrina quæ in eo continetur, videlicet de remiſſione peccatorum & juſtificatione hominis coram Deo. Vox autem משכיל / præterquam quod tot aliis Pſalmis tituli loco præfigatur, ut modo dictum eſt, extat etiam Pſal. 47. 8. ubi David inter alia ſic inquit, זַמְּרוּ מַשְׂכִּיל. Illud vero quidam exponunt juxta modum ſupra poſitum, nempe per Ellipſ. τοῦ שיר hoc modo, Canite erudiens, ſc. carmen, i. quo alii alios informetis & erudiatis, de regno Chriſti & officio veſtro. Alii de prudenti & ſapienti perſona ſive homine hoc intelligendum exiſtimant, hoc modo, Canite intelligens ſive prudens ſc. perſona i. quiſquis eſt intelligens, vel quotquot intelligunt. In Ebr. enim ling. uſitatiſſimum eſt, ut ſingulare junctum verbo plurali accipiatur diſtributive. Lxx. Vulg. & alii, adverbialiter exponunt, ſic, Canite prudenter. Eo-

dem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

dem ſenſu & Chald. cum bona intelligentia. Nam in S. ling. haud eſt inſolitum, ut nomen participiale degeneret in adverbium. In recenti noſtra vernacula, hæc ita exponuntur. Canite, ad eruditionem ſive informationem, h. e. juxta annotationem marginalem, quod Apoſtolus 1. Cor. 14. 16. dicit, canam Spiritu, ſed canam & mente i. intelligentia. Senſus eſt, canam ea lingua, quam alii intelligere poſſunt, ad ſui informationem.

אַשְׁרֵי] Beatus. Vox Ebr. non eſt nomen plural. numer. contract. ut multi Gramm. & Lexicographi ſtatuunt, ſed eſt adverbium ad formam אַחֲרֵי עֲדֵי עֲלֵי. Id manifeſte inde apparet, quòd quoties ſuffixa accedant, ſive levia ſive gravia, juxta grammaticorum diſtinctionem, ut אַשְׁרֵיהֶם אַשְׁרָיו / nunquam mutat puncta, quod utique faceret ſi nomen eſſet, dicereturque, אֲשָׁרָיו / אֲשָׁרֵיהֶם / &c. Proprie ergo valet, feliciter, propriè, benè illi &c. Hoc omnium optime & accuratiſſime obſervavit B. Luth. in ſua tranſlatione.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

latione. Ubicunque enim hæc vox occurrit, ſemper reddit per adverbium Germ. **woll / woll dem / woll dem menſchen** / &c. Eſt autem læta acclamatio pro alicujus felicitate & proſperitate, ut recte & feliciter incedat, atque ita bonum ſucceſſum habeat. Thema enim eſt אָשַׁר inceſſit, in phiel incedere fecit, item beavit & beatum prædicavit. Hoc quoque eſt notatu dignum, quod hæc vox ſemper applicetur hominibus, atque ita differat à בָּרוּךְ quod illud & Deo & hominibus aſcribatur Pſal. 115. 15. 18.

נְשׂוּי] Eſt particip. præter. Kal, vulgò paul dictum, quaſi à נָשָׂה / cum tamen ſit à נָשָׂא. Hi enim duo ordines quemadmodum literæ אהוי frequenter commutantur. Interpretes quidam vertunt, Levatus à defectione vel defectione. Verum Ebraic. cùm de peccato, iniquitate aut ſimili tali dicitur non levare modo, ſed quod plus eſt auferre, tollere ſignificat, & ſubauditur reatus. Nec obſtat constructio, quod in iſto ſenſu,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſoleat conſtrui cum ל Gen. 50. 17. Joſ. 24. 19. 1. Sam. 25. 28. & alibi, nam reperitur etiam cum accuſat. Exod. 34. 7. Ad verbum igitur, ablatus tranſgreſſionis vel tranſgreſſionem i. cujus trangreſſionis ablatus reatus: eſt enim Ellipſ. vocis אֲשֶׁר. Lxx. & Apoſt. Roman. 4. *ὧν ἀφέθησαν ἀνομίαι.* Verum נשא junctum ita cum peccato, denotat aliquando pœnas luere peccati. Levit. 5. 18. Sed tunc ponitur in ſignificatione portandi, ferendi. Atque is eſt ſenſus loci Geneſ. 4. 13. גָּדוֹל עֲוֹנִי מִנְּשֹׂא / majus peccatum meum i. pœna peccati mei, Metonymice, præ ferendo, i. quam ut ferre poſſim. Quamvis alii ad priorem ſenſum referunt, exiſtimantes מִנְּשׂא eſſe poſitum pro מֵהִנָּשֵׂא / ut ſenſus ſit, majus eſt peccatum meum, quam ut tolli ſive remitti poſſit. Eſt enim locus ambiguus, neque tamen ullo modo patrocinatur Vulgatæ verſioni, quæ ſic habet: Majus eſt peccatum meum, quam ut veniam merear. Ex qua verſione, Pontificiorum opinio,

de merito

de merito congrui, ſi non originem, ſaltem incrementum accepit.

פֶּשַׁע] Tranſgreſſionem. Vox Ebr. ſignificat proprie ſeditioſam iniquitatem, & defectionem ſtudio perpetratam, ideoque capitalem. Græcus ſæpe tranſfert *ἀνομίαν* tranſgreſſionem legis, quod Apoſtolus imitatur Rom. 4. 7. ut ſupra dictum. Plus autem eſt quam peccatum, ut colligi poteſt ex Geneſ. 31. 36. Exod. 34. 7. & Job. 34. 37. addit iniquitatem peccato ſuo.

כְּסוּי] Ejuſdem formę cum præcedenti. Ad verbum ſonat, tectus peccatum, ſicut in lat. ling. Nuda genu, quam figuram Grammat. Synecdochen appellant. Senſus eſt, cujus peccatum tectum eſt, apud Deum ſcil. Pſalm. 85. 3. non apud ipſum hominem, qui non debet occultare, ſed confiteri delicta ſua, ut verſ. 3. & 5. Aliâs non proſperabit Prov. 28. 13. Deus autem tegit peccatum, quando non imputat, ut ſequens verſus docet. Et quemadmodum hæc eſt ſumma ho-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

minis felicitas: ita quando Deus non tegit, ſumma miſeria & calamitas Neh. 4. 5. Peccatum autem comparatur hic eleganter ſordibus, quæ tegi ſolent, ne oculos offendant.

Verſ. 2. רְמִיָּה] Dolus. Significat etiam doloſum, item ignavum & ignaviam. Prov. 12. 24. יד רמיה manus fraudulenta i. ignava & 10. 4. כף רמיה. Hinc etiam quidam explicant Jere. 48. Maledictus qui facit opus Dei רמיה fraudulenter i. non debita cum alacritate. Thema eſt רמה projecit, jaculatus eſt. In Phiel רִמָּה decepit, defraudavit. Per dolum autem intelligitur hoc loco, Fucus ſive ſimulatio hypocritica, qua quis peccata ſua coram Deo diſſimulare conatur, ut ad marginem recentioris noſtræ verſionis optime notatur. Dolus enim aliquando conſiſtit in actu poſitivo, aliquando in actu negativo. Quando hoc modo, tunc vocatur diſſimulatio. In hoc autem ſenſu hic poſitum eſſe, colligitur ex verbis ſequentis verſus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Verſ.3. כִּי הֶחֱרַשְׁתִּי] Cum tacerem. Hic tacere non ſumitur ſimpliciter, nam ſequitur שאגה / ſed relative ad peccata, & ſignificat diſſimulare. Hunc ſenſum manifeſtum reddit antitheſis v. 5. Alii hoc exponunt de tacita conſideratione peccatorum anteactorum, ut ſenſus ſit, dum tacitus mecum conſideravi, vel conſidero peccatum meum. Chald. de negligentia in meditatione legis intelligit his verbis: אֲרוּם שְׁתֶקֶת מִפִּתְגָּמֵי אוֹרַיְתָא / Thema eſt חרש quod proprie ſignificat Arare, unde חָרִישׁ aratio, מַחֲרֶשֶׁת vomer. Deinde per Metaph. fodit cogitationibus, cogitavit, molitus, machinatus eſt Prov. 6. Job. 4.8. Prov. 3. 29. Hinc חָרָשׁ vel חָרֵשׁ artifex. 3. Per Antiphraſin, nihil egit vel dixit, ceſſavit loqui vel audire, i. tacuit vel ſurdus fuit. Sed id in Futur. tantum, quando in (-) deſinit. Obſervandum autem tacere & rugire hic invicem non opponi, quia referuntur ad diverſa, tacere ad peccata, rugire ad dolorem.

בָּלוּ] Inveteraſcebant, à themate בלה veteraſcere, vetuſtate atteri Gen. 18. 12. quæ vocis Emphaſis, ſatis commode expreſſa eſt, ad marginem recentioris noſtræ verſionis. Huic voci affinis eſt כלה non tantum quoad propinquitatem literarum, ſed & quoad ſignificationem. Hinc pro לְבַלּוֹת Pſalm. 49. 15. quædam exemplaria legunt לְכַלּוֹת ſenſu eodem. Pſal. 92. 11. David varia beneficia ſibi à Deo impenſa recenſens, in hæc verba erumpit בַּלֹּתִי בְּשֶׁמֶן. De iis verò non eſt eadem interpretum ſententia. Quidam enim illud בלתי intranſitive reddunt, perfuſus ſum, vel ut ſit Enallage temporis, delibutus ero, oleo. Illi autem volunt eſſe præter. Kal à בלל cum accentu in ultima, quod licet ſit præter morem, tamen Kimchi notat, iſti perſonæ evenire, ut ſit Milra. Alii tranſitive vertunt, perfudi (ſc. me ſeu caput meum) oleo. Alii per gerundium exponunt, continuam cum præcedentibus cohærentiam facientes, hoc modo, extolles cornu meum &c. per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

&c. perfundendo me oleo. Hanc autem interpretationem alii improbant, hypotheſi quadam non admodum firma adducti. Suſpicantur enim interpretes iſtos, verbum hoc accepiſſe pro infinit. phiel, in quam formam iſta ſignificatio non cadit. Verum nihil vetat dicere, interpretes iſtos vocem hanc pro infinit. Kal accepiſſe cum affixo, cum ſimilem formam habeamus in חנן & שמם. Qui ſe vero huic expoſitioni opponunt, ſic vertendum exiſtimant, in inveteraſcendo me (unges me) oleo. Duplici ellipſi, i. τȣ̃ ב ante בלתי / deinde vocis תמשחני, Atque in hanc ſententiam & Lxx. καὶ τὸ γῆρας μȣ̃ ἐν ἐλαίῳ. Sic & Vulg. niſi quod pro oleo poſuerit miſericordiam, vel quod legerit ἐλέῳ pro ἐλαίῳ, vel quod ſequutus ſit mendoſum codicem ubi pro hoc, illud ſcriptum erat: Hi vero ſtatuunt τὸ בלתי eſſe infinit. phiel à them. בלה. Obſtat autem quod difficulter probari poſſit, hanc ſignificationem in phiel hujus thematis, habere locum. Ideoque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

prior interpretatio probabilior videtur, quam & ſitus accentus & cohærentia textus ſtabilit. Sic etiam ſacrificium oleo perfuſum ſive miſtum, vocatur Levit. 7. 10. מִנְחָה בְלוּלָה בַשֶּׁמֶן.

Verſ. 4. יָדֶךָ] Manus tua. Manus Dei interdum denotat pœnam ſeu plagam hominibus à Deo propter peccata immiſſam. Atque ita hic & inf. Pſal. 38. 3. Unde etiam Chald. utrobique exponit per מחה. Uſurpatur præterea in ea ſignificatione Job. 22. & 13. Act. 13. Interdum ponitur pro directione & ductu, quo Deus pios ducit Pſal. 95. 7. Hæc vox Prov. 11. 21. in uno contextu bis repetita, continuataque ſerie juxta ſe poſita, intercedente particula ל egregiam loquendi formulam conſtituit, ſed de ſenſu ejus non convenit inter interpretes. Verba ſic ſonant. יָד לְיָד לֹא יִנָּקֶה רָע / Hoc quidam ſic exponunt, manu ad manum, i. etiamſi manus ſibi mutuo præbeant impii, i. mutua auxilia jungant, tamen non erunt innocentes i. impunes. Alii manu ad ma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ad manum i. continua ſucceſſione. Alii plagam poſt plagam punientur, i. continuis & nunquam finiendis plagis. Lxx. χειρὶ χεῖρας ἐμβαλὼν ἀδίκως. Recens noſtra vernacula, etiamſi manus manui inſeratur. i. juxta annotationem marginalem, quaſi fœdus cum aliis iniret, etiam cum morte Eſai. 28. 15. tamen &c. vel, alia expoſitio, tam certum erit, ac ſi Deus porrecta manu impio addixiſſet, eum non impunem fore. Vel juxta expoſitionem ſupra poſitam, etiam in poſteris, &c. Ad hanc vocem præterea notandum, quod juncta cum verbo מלא implere, ſignificat, conſecrare, initiare ſacris, etiam idololatricis 2. Chron. 13. 9. Ex ritu enim publico,nemini, ne quidem ex tribu Levi, licebat manus ſacrificandi aſſumere, niſi prius manus ejus impleta fuiſſet, partibus ſacrificiorum.

לְשַׁדִּי] Humor meus. Significat autem radicalem iſtum humorem calidum, per totum corpus diſperſum, unde vita ſuſtentatur. Legitur tantum hic & Num.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

11. 8. ubi applicatur ad optimum humo-
rem & pinguedinem olei.

בְּחַרְבוֹנֵי קַיִץ] In ſiccitates æſtatis. קַיִץ
æſtas ab הֵקִיץ evigilavit, quod terræ naſ-
centia expergiſci faciat, quæ per hye-
mem videbantur quaſi ſopore demerſa.
Quamvis hoc verbum in Kal קוּץ / habet
etiam ſignificationem æſtivandi, ſed ſe-
mel tantum Eſa. 18. 6. idq́ue ex hoc no-
mine derivato, ut quidam exiſtimant.
Verba hæc mirum in modum tranſtule-
runt Lxx. interpretes; ἐστράφην εἰς ταλαι-
πωρίαν ἐν τῷ ἐμπαγῆναι μοι ἄκανθαν. Vulg.
ſic fideliter expreſſit: Converſus ſum in
ærumnam, dum configitur ſpina. Pro
קַיִץ legerunt קוּץ / ſed quo ſenſu? Pro-
fecto non parum torſit interpretes hæc
verſio. Quidam enim per ſpinam intel-
ligunt peccatum. Bellarm. de ſpina ca-
lamitatis exponit, & τὸ הפך reddit reſi-
pui. Genebr. autem ſimpliciter damnat,
& dicit הפך vix dici de reſipiſcentia.

סֶלָה] Selah. Nec de hac voce, eſt
eadem interpretum ſententia. Quidam
enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

enim putant eſſe dictionem ſine ſenſu, & tanquam vocem Encliticam appoſitam eſſe ad finem verſuum, ut metrum compleat. Alii exiſtimant ſignificare elevationem, ideoque appoſitam, ut moneat vel cantores, elevandam hic eſſe vocem, vel lectores, quod in iſta ſententia, mentem elevarit is, qui Pſalmum compoſuit. Alii accipiunt adverbialiter tanquam deficiente litera ב ab initio, quaſi ponatur pro בסלה i. cum elevatione i. elevate, excellenter, & conſtruatur cum verbo aliquo præcedenti, varieque exponunt, ita tamen ut excellentiam quandam denotet. Chald. vertit לְעָלְמִין ſemper. Sic etiam ex Ebræis quidam. Græc. interdum *διάψαλμα*, ac ſi eſſet notio muſicalis Pſalm. 3. 3. Interdum plane præterit. Obſervandum autem quod extra Pſalmos & Habac. nuſquam occurrat, & quod ſemper in fine verſuum ponatur, tribus tantum locis exceptis, juxta annotationem Maſoreticam, vid. Pſal. 55. 20. & 57. 4. Hab. 3. 3. 9.

Verſ. 5.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Verſ. 5. Confitebor עֲלֵי פְשָׁעַי] Contra me, iniquitatem meam. Sic Lxx. Vulg. & alii, ac ſi ſcriptum eſſet עָלַי / ſed legitur in Ebræo עֲלֵי idemque valet quod על ſuper. Rectius igitur juxta quoſdam, confitebor ſuper tranſgreſſionibus vel de tranſgreſſionibus meis. Interdum tamen iſtæ duæ particulæ confunduntur, unumque pro altero ponitur. Conferatur Pſal. 60. 10. cum 108. 10.

Verſ. 6. על זאת] Propter hoc. Quidam referunt ad ſequens hemiſtichium: propter hoc, ut in inundatione aquarum non perveniant aquæ. Alii ad præcedens: Ob hoc quod tu exorabilis es, &c. Sic etiam Lxx. ὑπὲρ ταύτης, pro hac (impietate cordis mei) tollenda.

לְעֵת מְצֹא] Tempore inveniendi, i. quo tu, ô Deus, inveniri potes, quemadmodum Eſa. 55. 6. dicitur: hoc eſt, ut Lxx. vertunt καιρῷ εὐθέτῳ, ita quidam. Et tunc infinit. Kal eſſet poſitus pro Niph. ut Gen. 4. ult. de quo ſupra. In hunc quoque ſenſum Chald. לְעִידָן רַעֲוָתָא tempore fa-

pore favoris. Alii, quo tempore obvenerit, ſc. inundatio quædam calamitatis, de qua poſtea. Alii, quo tempore (angores illum) apprehenderint. Ita uſurpatur vox מצא Pſal. 116. 34. 4. & 21. 9. Prov. 3. 3.

לְשֵׁטֶף מַיִם] In inundatione aquarum, ל pro ב poſito, permutatione non inſolita, ut etiam in Græc. ling. duarum particularum εἰς & ἐν. Senſus eſt, quum inundabunt aquæ multæ, i. quum obvenient res adverſæ & perſecutiones. Quēadmodum enim aqua ſimpliciter ſignificat afflictionem Pſal. 69. 2. ſic inundatio aquarum, res adverſas & imprimis hoſtilem perſecutionem Eſa. 59. 19. Ezech. 26. 19. Dan. 9. 26. & 11. 22. Nah. 18. Pſal. 124. 4. Apoc. 12. 15. 16. Chald. comparationem illam plenis verbis expreſſit, לְעִידָן דְיֵיתוּן עַמְמִין סַגִּיעִין הֵיךְ מַיָא tempore (repetitio de novo) quo venient populi multi veluti aquæ.

רָנֵּי פַלֵּט] Cantionibus liberandi, pro liberationis, infinitivo ex conſuetudine pro nomine poſito. Senſus, libera me, ut ha-

ut habeam occaſionem cantionibus te celebrandi.

Verſ. 7. אַשְׂכִּילְךָ] Erudiam te. Sermonem hujus verſus quidam Davidi attribuunt, ac ſi convertat orationem ad ſingulos, ut exhortatio plus energiæ habeat. Alii ad Deum hæc verba melius referri volunt. Exiſtimant n. ſequentia, conſilium dabo tibi, attento in te oculo meo; Davidi minus quadrare, utpote cujus oculus ad omnes ſanctos, qui hîc compellentur, non potuit pertingere. Videatur Clar. Johannes Tarnovius in hunc locum.

אִיעֲצָה עָלֶיךָ עֵינִי] Quidam hæc verba conjunctim interpretantur; conſilium dabo, (attento) in te oculo meo, vel ut alii conſulam tibi עֵינִי pro בְּעֵינִי oculo meo. Chald. à ſe invicem ſeparat, אֲמַלְּכִנָּךְ וַאֲשַׁוֵּי עֲלָךְ לְטָבָא עֵינִי / Conſulam tibi & ponam ſuper te in bonum,oculum meum. Juxta locum Geneſ. 44. 22. Et accentus rex Tiphcha eſt ſub איעצה. Lxx. ἐπιστηριῶ ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου. Alii conſulam tibi

(ſicut)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

(ſicut) oculo meo. Per oculum autem Dei intelligitur providentia ejus.

Verſ. 8. בְּמֶתֶג־וָרֶסֶן] Fræno & habena. Ita quidam. Alii, habena & fræno. Dicunt enim non ſatis liquere, utra vox frænum, & utra habenam ſignificet. Merc. comment. in Job. 41. 4. רֶסֶן frænum interpretatur, i. lupatum, quod ori equi inſeritur, quod complicaturas habet. Et Prov. 26. 3. aſino tribuitur מֶתֶג / quod videtur potius de habena, quam de fræno, intelligendum. Chald. בְּזְמָמָא וּבִפְרוּמְבַיָּא / Lxx. ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ. Vulg. in camo & fræno. Camus vero eſt genus aſperi fræni quo ſuperbi caballi coërceri ſolent, dictus à curvitate à κάμπτω. κημὸς q. χαμμὸς.

עֶדְיוֹ] Os ejus i. cujus os. Lxx. τὰς σιαγόνας αὐτῶν maxillas eorum. Eſt cum affixo. Simplex עֲדִי quod etiam ornamentum ſignificat. Atque eam ſignificationem retinuit Chald. תִּקּוּנֵיה. Ex hac duplici vocis ſignificatione factum eſt, ut locus Pſal. 103. 5. Qui ſatiat bono עֶדְיֵךְ

non

non uno modo ab interpretibus explicetur. Quidam n. vertunt ibi, os tuum. Alii ornamentum tuum, & intelligunt animam, atque ita conferunt eum locum cum Pſal. 16. 10. ubi gloria ponitur pro anima. Alii aliter.

לִבְלוֹם] Ad conſtringendum. Lxx. ἄγξαις, conſtringe Vulg. Eſt a. infinit. Kal cum præfixo. Thema eſt בלם quod ſignificat φιμοῦν, ἄγξαι arcte conſtringere, ſuffocantis in modum. Ab hac voce τὸ בְּלִימָה Job. 26. 7. ad formam אֲכִילָה ſeu נְגִינָה deſcendere, non vero juxta vulgarem opinionem ex בלי & מה / nihil quicquam, conflatum eſſe, vir quidam eruditus, nuper probare conatus eſt. Significationem autem ejus eſſe quaſi ἀγκτῆρα ſeu fibulam & vinculum illud validiſſimum, quo undique terra conſtricta tenetur, ne ſuo loco ullam in partem moveri poſſit, illudque nihil aliud eſſe quàm vim illam ἑδραιότητος καὶ ἀκινησίας divinitus inſitam & per totum telluris globum diſſeminatam. Verum ei

obviam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

obviam eunt alii docti viri, exiſtimantes nihil opus eſſe priſcam & receptam vocis בלימה interpretationem rejicere. Cum enim extra globum terreſtem, nihil ſit corporeum, ſuper quo iſte ſuſpenſus vel fundatus ſit, nihil omnino eſt, quod ſuſtineat terram extra terram præter creatorem. Atque hæc de illo loco. Verba autem Pſalmi hujus, quia ſunt paulo obſcuriora, quidam interpretes levi tranſpoſitione ſic illuſtrare aggrediuntur: Cujus os fræno & habena conſtringendum eſt. Alii, Quorum maxillas lupato & fræno, niſi conſtringas, non &c.

בַּל קְרוֹב אֵלֶיךָ] Hæc verba prout per ſe ſunt dubia, ita dupliciter quoque exponuntur. Quidam, ne appropinquet tibi ſc. ad nocendum. Ut בַּל ſit poſitum pro פֶּן. Atque in hunc ſenſum etiam Chald. לָא יִקְרַב לְוָתָךְ / Et ſic quoque recens noſtra vernacula. Alii, cum non appropinquat ad te, i. cum ſe refractarium præbet. Ac ſi eſſet Ellipſis propoſit. ב ut בל

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſit pro בְּבַל. Sic etiam Lxx. τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρός σε. Qui ſenſus videtur magis genuinus. Agitur enim hîc de gubernatione animi per verbum Dei tanquam diſſimili gubernationi brutorum. Atque ab hac parte ſtat Cl. Johannes Tarnovius p. m. ut in ejus ad hunc Pſalmum commentariis videre eſt.

ANALYSIS LOGICA Pſalmi 32.

PSalmus hic eſt διδασκαλικὸς ſive doctrinalis. Poteſt a. dividi in tres partes principales. In prima parte deſcribit Pſalmiſta veram hominis beatitudinem. Idq; duplici ſimilitudine, verſ. 1. 2. In ſecunda demonſtrat quibus mediis ad eam beatitudinem perveniri poteſt, vid. 1. per ingenuam peccatorum confeſſionem v. 2. ſub finem. Id porro ſuo exemplo, per antitheſin tum ſilentii ſive diſſimulationis, tum confeſſionis, atque utriuſque effectum declarat v. 3. 4. 5. Secundo per ardentem Dei invocationem v. 6. Ora-

tionis

tionis etiam certam formulam ſubjungit v. 7. Tertio per doctrinam cœleſtem, ceu certam normam & cynoſuram, v. 8. In tertia parte docet, quænam illis ſint vitanda, qui expedite ad hanc beatitudinem pervenire cupiunt, vid. contemptus doctrinæ cœleſtis v. 9. id vero tum illuſtrat ſimilitudine ibid. tum confirmat ab eventu à contrario deſumpto v. 10. Tandem Epiloges loco ſubnectit hortationem ad pios de ſancta lætitia, & gratiarum actione Deo pro beneficiis præſtanda v. 11. Tempus quod attinet, ſunt quidam interpretes, qui eum ut priorem, ad Abſolonica tempora referendum exiſtimant, maxime vero ad id tempus, quo David ſeditioſas Abſolonis copias vicit. Hoc vero ex hujus Pſalmi cum aliorum convenientia, qui indubitato ad ea tempora pertinent, probare conantur. Dicunt enim in aliquot Pſalmis Abſolonicis, ut in hoc v. 9. Seditioſorum mores ita deſcribi, ut in quibus, nihil ſanæ mentis ſuperſit amplius, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

apud quos nulla admonitio ſive caſtigatio locum habet. Præterea probationis loco adferunt, quod id ipſum quod clauſula hujus Pſalmi habet, omnes fere Pſalmi Abſolonico tempore conſcripti, copiis Davidicis optent. Putant inſuper in Abſolonica perſecutione Davidem adhuc urſiſſe memoriam Uriani facinoris, idq́; in ſe tum etiam puniri eum judicaſſe. Iidem interpretes exiſtimant hunc Pſalmum non minus convenienter, imo rectius aggregari ad Pſalm. 51. ut ei ſit σύγχρονος, vel ſaltem factus ad reſponſum Nathanicum, peccavi Domino. Et affirmant ſe animadvertiſſe etiam alios de adulterio Bethſabaico Pſalmum hunc interpretari.

ANALASIS LEXICA Pſalmi 38.

VErſ. 1. לְהַזְכִּיר] Ad commemorandum, ad recordandum, ſc. liberationem à magno morbo, juxta quoſdam. Alii ad recordandum beneficium Dei,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

quo ipſum liberaverat ex illis miſeriis de quibus hic conqueritur. Genebr. ſimpliciter exponit de commemoratione peccatorum & miſeriarum. Sed quicquid ſit, inſcriptio hæc monet, hunc Pſal. ita conſcriptum eſſe, ut non ſemel tantum recitaretur, ſed ut perpetuum eſſet memoriale. Lxx. vertunt εἰς ἀνάμνησιν, & de ſuo inſuper addunt, περὶ τȣ̃ σαββάτȣ. Quod Genebrardus dicit additum ex uſu Synagogæ, quæ hunc Sabbathis canebat. Bellarm. ſolito more ad allegorias confugit. Eſt autem idem titulus Pſalmo 70. Et 1. Chr. 16. 4. dicitur David appoſuiſſe cantores Levitas ante Arcam, ad commemorandum, confitendum & gratias agendum Domino Deo Iſrael.

Verſ. 2. בְּקֶצְפְּךָ] In ira tua. Sed vox Eb. amplius quid vult, eſt enim Emphatica. Proprie vero denotat ſpumam, vid. qualem mare efferveſcens excitare ſolet. Ideoque quidam interpretes, ad illam vim vocis exprimendam vertunt, In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

fervente ira tua. Chald. בְּרֻגְזָךְ in furore tuo. Gr. ἐν τῷ θυμῷ σου. Ejuſmodi autem ira tribuitur Deo ἀνθρωποπάθως.

Verſ. 3. חִצֶּיךָ] Sagittæ tuæ. Idem conqueritur Job. 6. 4. Per ſagittas autem intelligit morbos ſive plagas corporis & animæ ut & Pſal. 18. 15. Pſal. v. 45. 6. fit etiam mentio ſagittarum Dei. Sed ibi intelligitur verbum ejus, quo convincit & dejicit peccatum & peccatores. Sic equitans in albo equo, habet arcum progredientem ad bellandum Apoc. 6. 2. Sagittæ ſunt verba Pſal. 64. 4. vel judicia Dei, Deut. 32. 23. Pſal. 91. 5. Vox hæc tanquam periphraſis peſtis habetur. Sic & Deut. 32. & Ezech. 5. 16. חציך autem eſt nomen plur. cum affixo, à ſimplici חֵץ ſagitta, à ſcindendo dicto, חָצַץ enim ſignificat diſcindere, exſcindere.

נִחֲתוּ] Infixæ ſunt. Ad verbum deſcendere factæ ſunt, demiſſæ ſunt. Eſt enim Niph. dictum pro נִנְחֲתוּ / à them. נחת / deſcendere, quod monente Buxtorfio, proprie Chaldaicum eſt.

Verſ. 4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Verſ. 4. מְתֹם] Integritas, ſanitas. Sic etiam Eſa. 1. 6. & eſt à תָּמַם. Quando vero hæc vox ſignificat viros ut Jud. 20. 48. tunc thema eſt מתה / unde & מְתִים mortales; βρότοι, ita ut ſignificatio affinis ſit τοῦ מות. Verba itaque hæc ſic commode exponi poſſunt; Nihil מְתֹם i. non ſupereſt amplius ulla forma ſeu figura hominis. Ut & hoc obiter notem, diligenter diſtinguenda eſt vox מְתִים à מֵתִים / quæ ſignificat mortuos. Sic Pſal. 106. 28. Comederunt ſacrificia מֵתִים mortuorum. Id vero quidam de ſacrificiis pro mortuis oblatis, alii de ſacrificiis idolorum ſive idolis oblatis intelligunt.

מִפְּנֵי] Propter. Ad verbum, à facie. Quem Ebraiſmum Græc. utrobique, hic vid. & ſequenti verſu retinuit, ἀπὸ προσώπου. Eſt autem vox compoſita à præpoſ. מ & פני / quod eſt contractum à פָּנִים facies. De differentia, qua hæc vox vulgo diſtinguitur à לפני & מלפני dicetur infra ad Pſal. 51.

חַטָּאתִי] Peccatum meum. Eſt nomen

cum affixo, à ſimplici חַטָּאָה. Dicitur etiam חֵטְא pro חֵטְא. Thema eſt חָטָא quod proprie ſignificat, aberrare à via vel à ſcopo, Jud.20.16. Prov.19.2. Item deflectere à via in qua ambulandum erat. In negotio religionis ſive fidei, ut & tota vita noſtra lex Dei eſt noſtra via & meta, à qua aberrantes peccamus, ideoque peccatum definitur, tranſgreſſio legis ſive ἀνομία 1. Joh.3.4. Verbum hoc in forma phiel aſſumit aliam ſignificationem & formæ Kal plane contrariam, vid. à peccato mundavit, purgavit. Et ſunt hujuſmodi quædam alia verba, quæ in diverſis formis, diverſas imo contrarias ſignificationes aſſumunt. Hinc ſubſtant. חטאת ſignificat etiam pœnam peccati & victimam pro peccato. Eſa.45.23. Sic etiam 2.Cor.5. fecit peccatum. Apud Hoſeam vox חטא refertur ad Idololatriam. Nam in Hiph. הֶחֱטִיא peccare facere, eſt aliquando ad idololatriam trahere, & dicitur de Jeroboam. Gen. 4.7. Deus ita alloquitur Cainum, ſi non bene

bene egeris, לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ ad fores peccatum cubat, i. inſtar canis præ foribus. In quo dicto duplex anomalia eſt notanda. 1. חַטָּאת contracte dicitur pro חַטָּאָה. 2. Hæc eadem vox quæ eſt fœmin. generis jungitur cum partic. maſcul. Hanc vero anomaliam interpretes plerumque conciliant, vel per Ellipſ. ſynonymi חֵטְא / vel per Metonym. ut ſit pro עֹנֶשׁ חַטָּאת. Sic Deut. 29. 20. Sed vir quidam doctus peculiari modo, hanc difficultatem tollere conatus eſt. Vid. exponendo hæc verba, ac ſi Deus iis Caino exprobraſſet ſummam in peccato ſecuritatem cum ſumma quiete, qualis eſt pecudum ab æſtivo calore in umbra recubantium, Cant. 1. 7. hoc modo; Ad oſtium peccati recubans es i. recubas. Quæ ſententia niſi duo obſtarent, haud inconcinna eſſet, ita enim facillimè omnis difficultas tolleretur. Sed obſtat primo vox לַפֶּתַח / nam ל includit articulum ה / quem forma conſtructa, quæ ſecundum hunc ſenſum hic requiritur,

 nun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

nunquam admitti. 2. Obſtat ſcopus hujus loci, is enim eſt ſimplex denunciatio, non exprobratio.

Verſ. 5. עָבְרוּ רֹאשִׁי] Tranſcendunt caput meum. David declarat hic multitudinem peccatorum ſuorum ſimilitudine ſumpta ab aqua profunda, quæ caput illius tranſcendit, qui eam ingreſſus fuerit. Genebr. alium explicandi modum adfert, nempe ut per caput intelligantur capilli, per Meton. q. d. numeroſiores ſunt iniquitates meæ capillis capitis mei. Ebr. autem ראש præterquam quod caput ſignificat, accipitur etiam pro præcipuo & præſtantiſſimo alicujus rei Ezech. 27. 22. Cant. 4. ſic etiam Pſal. 141. 5. שמן ראש oleum capitis, per hypallagen, pro caput olei. Interdum denotat herbam auſteram ut abſinthium, cum quo ſæpe jungitur Deut. 29. 18. Amos. 6. 22. Thren. 3. 19. Creſcit in agris Hoſ. 10. 4. aqua ejus vel ſuccus ſignificat acerbam afflictionem Jer. 9. 15. Hinc latius ſumitur pro felle, amaritudine Pſalm. 69. 22.

Item

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Item pro veneno Pſal. 140. 10.

כְּמַשָּׂא] Tanquam onus. Alia ſimilitudo, qua peccatorum ſuorum magnitudinem exagerat. מַשָּׂא proprie ſignificat onus, ut hoc loco à נשא portavit, geſtavit. Aliquando tamen denotat aſſumptionem ſermonis, cantici, ſive parabolam, ſermonem, canticum, item prophetiam Jeſ. 13. 1. quaſi rem oneroſam, vel illis quibus annunciatur, denuncians utpote calamitatum ac pœnarum onus, vel ei qui profert, prout etiam Jer. 17. 16. vocatur יוֹם אָנוּשׁ dies calamitoſus ſive contritionis. Ubi tamen Lxx. Vulg. & cum illis B. Luth. vertunt, dies hominis, ac ſi ſcriptum fuiſſet אֱנוֹשׁ.

כָּבֵד יִכְבְּדוּ] Elegans paronomaſia, quam Genebr. etiam latine imitari conatus eſt, vertendo gravè gravatæ ſunt. Sed non accurate obſervavit accentum. Sententia enim ita diſtinguenda eſt; Ut onus grave, graviores ſunt, ſc. iniquitates. כָּבֵד ſignificat grave eſſe, ingraveſcere. Hinc gloria & honor dicitur כָּבוֹד à pondere &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

dere & gravitate, quemadmodum in latina ling. per paronomaſ. eleganter dici ſolet, honores nihil aliud eſſe quam onera. Quo reſpexiſſe & videtur Apoſtolus commemorans æternum gloriæ pondus 2. Cor. 4. 17.

Verſ. 6. חַבּוּרֹתָי] Tumices mei. חַבּוּרָה proprie ſignificat vulnus ſive cicatricem, in qua ſanguis & ſanies congregatur, tumor, livor ſive vomica. Thema enim eſt חבר ſociari, conſociari.

אִוַּלְתִּי] Stultitiam meam. Vox אִוֶּלֶת denotat ſtoliditatem præproperam & inconſideratam, ex defectu prudentiæ. Hinc interdum ponitur pro inconſiderata feſtinatione Pr. 14. 17. (licet Græc. communiter fere per ἀφροσύνην imprudentiam transfert:) & אֱוִיל ſtultus vocatur feſtinans vel præceps, Prov. 10. 14. Et quoniam in S. lingua per ſtultos & ſtultitiam paſſim improbitas, peccatum & improbi intelliguntur, hinc etiam LXX. Prov. 1. & 3. & 13. 16. & 15. 2. & 26. 11. per ἀσεβὴς & ἀσέβεια tranſtulerunt.

Sic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Sic etiam Synonymum נְבָלָה Gen. 3. 4. de ſtupro. Jeſa. 7. de furto. Jud. 9. de peccato Sodomitico dicitur. Et Salvator noſter Marc. 7. 22. numerat ſtultitiam inter alia vitia quæ polluunt hominem. אֱוִיל autem ita differt à כְּסִיל quod etiam eſt ejus Synonymum, ut אויל in quo ſtultitia קִנְיָנִית poſſeſſiva, ſive poſitiva ſit, כסיל in quo ſit ſtultitia הֶעְדֵּרִית privativa.

Verſ. 7. נַעֲוֵיתִי] Diſtorqueor. Eſt præter. Niph. anomalum, eſt enim poſitum pro נַעֲוֵי in Kal eſt עָוָה & ſignificat perverſe agere hinc עָוֹן de quo ſupra Pſal. 6. שַׁחוֹתִי] Incurvatus ſum, i. triſtis & cogitabundus incedo. Contrarium eſt, levare, erigere caput, id enim ſignificat gaudere, animum erigere, animoſum eſſe Jud. 8. 28. Luc. 2. 2. Sic Gen. 4. ſumitur juxta quoſdam infinit. שְׂאֵת elevatio ſc. capitis. Alii remiſſio. Pſal. 110. 2. Sam. 22. Quamvis levare caput, eſt aliâs phraſis ambigua. Vox autem שחותי eſt præter. Kal etiam cum aliqua anomalia.

Dages

Dages enim quod deberet eſſe in ח ſi capax fuiſſet, hic plane abſorbetur, nec recompenſatur per vocalem longam (ᴛ) Thema eſt שָׁחַח curvari, incurvari.

קֹדֵר] Atratus, pullatus, quam vocis Emphaſin optime expreſſit recens noſtra vernacula. Eſt autem Benoni ſive partic. Kal. Gr. vertit σκυθρωπάζων triſti vultu, contriſtatus, ſenſum ſatis aſſequutus, prout ſunt qui hoc de aduſta & atrata cute faciei exponunt. Sic etiam Pſal. 35. 14. & 42. 10. & 43. 2. In eodem ſenſu uſurpatur etiam hoc idem vocabulum in N. T. Matth. 6. 16. Luc. 24. 17.

V. 7. נִקְלֶה] Vox hæc non uno modo redditur ab interpretibus. Cum enim ſit partic. Niph. & in ea forma ſignificet vileſcere, vilem reddi; in Kal vero torrefecit, aſſavit. Hinc quidam vertunt vilitatem, alii toſtionem. Et ita B. Luth. & recens noſtra vernacula. Hi vero hanc reddunt ſuæ verſionis rationem, quod vox נקלה quando vilem ſignificat, eſt nomen adjectivum. Hic vero eſt

ſubſtant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſubſtant. ut ex Syntaxi patet. Ideoque rectius tribuitur ei ſignificatio Kal, ut toſtionem denotet. Et certe in ea ſignificatione ſumpſit Chald. hanc vocem vertendo קְדִיחוּתָא quod ardorem ſignificat. Ea quoque ſignificatio iliis ſeu lumbis melius competit. Sic alibi conqueritur David de combuſtione oſſium ſuorum Pſal. 102. 4. de quo infra. Græc. vertit hîc *ἐμπαίγματα*. Vulg. illuſiones Pagn. Fœdum ulcus. Quod Genebrardus improbat.

Verſ. 9. נְפוּגֹתִי] Hæc vox varie redditur ab interpretibus. Lxx. & Vulg. afflictus ſum. Chald. פְּגְמֵיִרֵת confractus ſum. Pagn. jactatus ſum. Luth. vero peculiari modo: Longe aliter mecum eſt, **Es iſt mit mir gar anders.** Verum propria vocis ſignificatio, notante Genebr. eſt, Remiſſus ſive debilitatus ſum, remiſſis & diſſolutis viribus factus ſum.

וְנִדְכֵּיתִי] Vulg. Humiliatus ſum. Sic etiam Chald. אִתְמַכְּיֵרֵת. Sed cum propria vocis רכה ſignificatio, ſit atterere, contun-

contundere, melius B. Luth. & alii, contuſus, attritus ſum.

שַׁאֲגָתִי] Rugii. Eſt metaphorica locutio, deſumpta à leonibus, & denotat clamorem magnum & vehementem. Homo enim qui magno clamore inter graves dolores preces ſuas effundit, dicitur ſæpe in Pſalmis, rugire. Vox hæc accommodatur etiam Chriſto Pſal. 22. optimeque illi convenit; Qui in diebus carnis ſuæ, deprecationes & ſupplicationes cum valido clamore, *μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς* & lacrymis obtulit Ebr. 5. 7. Cum igitur Lxx. & Vulg. in eo loco דִּבְרֵי שַׁאֲגָתִי tranſtulerũt *οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου*, verba delictorum meor. legẽtes ſc. שְׁגִיאוֹתָי aut cum eo confundentes, non tantum loci *ἐνέργειαν* plane ſuſtulerunt, ſed inſuper plurimarum inutilium quæſtionum occaſionem dederunt, in quarum enodatione immane quantum ſudarunt interpretes qua patres qua Scholaſtici, qua veteres, qua recentiores.

Verſ. 11. סְחַרְחַר] Palpitat. Ebr. סחר ſignifi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſignificat proprie, circumire, ut optime ad marginem recentioris vernaculæ notatum eſt, idq́ue negotiandi cauſa. Inde סֹחֵר negotiator. In סחרחר vero eſt aliqua anomalia, poſteriores enim duæ radicales geminantur. Eſt vero duplicatio intenſiva, q. d. aliud ex alio verſat cor meum in gyro cogitationum luctificarum, præ anxietate ſe velut in orbem agitat, turbinis inſtar, variis cogitationibus. Lxx. ἐταράχθη. Luth. trepidat. In quem ſenſum etiam Chald. לִבִּי סְמַרְמַר cor meum horruit.

כֹּחִי] Virtus mea. Sic quidam. Alii, robur meum. Sic etiam Græc. ἰσχύς μου. Ebr. autem ſignificat ſuccum illum vitalem, qui aliâs humidum radicale vocatur, per quod vivimus. Hoc percipitur ex Pſal. 22. 16. Videatur etiam Gen. 49. 3. Hinc quidam reddunt, vigorem meum. Vox autem hæc ſemper ſcribitur ſine ו excepto uno loco Dan. 11. 6.

אוֹר עֵינַי גַּם הֵם אֵין אִתִּי] Lumen oculorum meorum, etiam ii non penes me.

Quidam plurale הם referunt ad oculos. Sic etiam Chald. & recens noſtra vernacula. Sed videtur aliis potius referendum ad lumen. Nam quando duo ſubſtantiva inter ſe conſtructa conjunguntur, tum ut & adjectivum ſequens, quandoque reſpondet poſteriori recto, cum deberet convenire priori regenti, ut 1. Sam. 2. 4. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים arcus fortium confracti ſunt, pro confractus eſt. Hanc ſententiam ſequuti ſunt LXX. *καὶ αὐτὸ οὐκ ἔστι μετ᾽ ἐμοῦ*, Et Luth. Atque ita retineri poteſt propria voculæ אין ſignificatio: Et ejus ſc. luminis nihil eſt mecum.

Verſ. 12. וְרֵעַי] Et amici mei. Genebr. notat Arnobium & Baſilium per amicos intelligere angelos, qui eminus ſtant peccata linquentes. Ebr. eſt plur. num. cum affixo, ſingul. abſolutum eſt רֵעַ amicus ſocius. Nec unquam contracte uſurpatur רַע. Male igitur à quibuſdam Pſal. לְהָרַע 15. 4. ~~לְהָרַע~~ vertitur, proximo.

נְגָעַי] Plagæ meæ i. morbi mei, præ horrore

horrore detrectantes accedere. Simile quid conqueritur Job. 19. Chald. vertit מַכְתָשִׁי vulneris mei. Lxx. ἤγγιζαν appropinquarunt, ac ſi ſcriptum fuiſſet נָגְעוּ.

Verſ. 13. וַיְנַקְשׁוּ] & laqueos tendunt. Thema eſt נקש affine τῷ יְקַשׁ Chaldæ. עֲבָדוּ פַּחִין faciunt laqueos Gr. ἐξεβιάζοντο vim faciebant, ſenſum optime exprimentes.

מְבַקְשֵׁי נַפְשִׁי] Quærentes animam meam, i. vitam meam, eſt enim vox late patens ut poſtea dicetur. Quærere autem animam alicujus, in Ebr. lingua eſt phraſis ambigua. Accipitur enim tam in malo, pro quærere ad necem, internecionem, quam in bono ſenſu, pro quærere ad ſervandum. Hic juxta primum ſenſum intelligenda eſt. Sic etiam Pſal. 54. 5. & 70. 3. Exod. 4. 19. Matth. 2. 20. In poſteriori ſenſu ſumitur Prov. 29. 10. Pſal. 142. 5. Pſal. v. 40. 15. expreſſe limitatur hæc ambiguitas, & reſtringitur ad unam ſignificationem, addita voce לִסְפוֹתָהּ ad perdendum eam. Sic etiam

Pſal. 63. 10. 1. Reg. 19. 10. additur explicatio. Jam vero vox נֶפֶשׁ Græc. ψυχὴ & lat. anima, habet appellationem à reſpirando & anhelando. Varie autem uſurpatur in S. Scriptura. Propria ejus notio eſt anhelitus Job. 41. 12. & eſt vitalis Spiritus quo omnia viventia moventur; unde beſtiæ, aves, piſces, reptilia vocantur in Scriptura animæ viventes, Geneſ. 1. 20. 24. & hæc anima interdum vocatur ſanguis Gen. 9. 4. Præter hanc vero aſſumit etiam alias ſignificationes, tropicas ſc. ſive figuratas. Interdum n. per Metonym. effic. ponitur pro vita creaturarum ut hic, item Pſalm. 7. 2. 3. 6. & 88. 3. hinc ſunt locutiones iſtæ, ſervare animam ſuam Job. 2. 6. i. parcere vitæ ſuæ. Juſtus curat animam beſtiæ ſuæ Prov. 12. 10. Sæpiſſime uſurpatur pro perſona ſive toto homine per Synecd. Gen. 14. 21. Pſal. 11. 1. & 107. 9. Prov. 27. 7. & 25. 25. 1. Petr. 3. 20. Act. 7. 14. Sic anima hominis, paſſim, pro homine, & anima Dei pro ipſo Deo Amos 6. 8. Pſal.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

11. 5. Prov. 6. 16. Hinc ſæpe accipitur pro nobiſipſis, &c. ut Job juſtificavit animam i. ſeipſum Job. 32. 2. Attendite animabus veſtris i. vobis ipſis Deut. 4. 51. Sic Gen. 19. 20. Luc. 12. 19. Interdum ponitur pro cupiditate, voluntate, deſiderio per Metonym. ſubject. Exod. 15. 9. 1. Reg. 19. Eſa. 56. 11. Pſal. 41. 3. & infra. 143. 9. hinc paſſim pro affectibus cordis Pſalm. 25. 1. Tandem uſurpatur etiam per Metonym. adjuncti pro corpore Geneſ. 17. 21. Pſal. 105. 18. & 35. 13. etiam mortuo, ſive cadavere, Levit. 19. 28. & 21. 2. 11. Num. 19. 11. Hag. 2. 14. Jeſ. 28. Maxime vero evidens locus eſt Numer. 6. 16. Lxx. tamen reddunt per ψυχὴν. Et certe Syrach. 16. 31. uſurpatur hæc vox pro cadavere ſive corpore mortuo. Ut non ſit mirum ſi in ea ſignificatione adhibeatur Act. 2 27. Sic etiam in latin. ling. Virg. animamque ſepulcro condimus. Et alibi. Egregias animas quæ ſanguine nobis. Hanc pacem peperere ſuo. Cum ergo hæc vox tam late uſur-

 petur,

petur, expendi debet ad materiam & circumſtantiam textus.

הַוּוֹת] ærumnas. Chald. שִׁקְרָא mendacium Lxx. *ματαιότητας* vanitates. Ebr. ſignificat ærumnam, calamitatem, infortunium, exitium & infelices caſus. Nominatur autem ita ab הוי quod denotat vhæ, aut הֹוָה Ezech. 7. 26. Aliquando ſignificat ſubſtantiam, facultates, opes Pſal. 52. 9. Prov. 10, 3. Sic Græc *οὐσία* Luc. 15. Et ſubſtantia Latinis. Hinc etiam latina vox antiqua Habentia videtur habere originem. Claud. quadrigarius apud Nonium; animos eorum habentia inflarat. Vox הוות jungitur interdum cum alio nomine, ut Pſal. 91. 3. דֶּבֶר הַוּוֹת peſtis ærumnarum i. ærumnoſiſſima, plurale enim auget.

Verſ. 16. הוֹחַלְתִּי] Expectavi. Eſt præter. Hiph. 1. perſonæ à יחל quod implicat & patientem expectationem Gen. 8. 10. & ſpem ſive confidentiam, ut Spiritus S. exponit Matth. 12. 1. ex Eſa. 42. 4.

תַּעֲנֶה] Exaudies, vel reſpondebis. עָנָה ſignifi-

ſignificat certum facere mediis quibuſdam ſe audire, ut auxilio & liberatione à periculo Pſal. 22. 22. Eſai. 41. 17. Sic reſpondere igne 1. Reg. 18. 24. Ideoque plus innuit quam merum auditum Eſ. 30. 19. & 58. 9. Aliquando late ſumitur pro dicere, loqui, alloqui. Sic etiam in N. T. vox ἀποκρίνομαι. Ibi enim Chriſtus paſſim reſpondiſſe dicitur, cum tamen ſæpe nulla interrogatio præceſſiſſe legatur. Pſal. 45. 5. Inter alia hæc quoque verba habentur, inequita עַל־דְּבַר ſuper verbum veritatis, וְעַנְוָה־צֶדֶק ex quibus hæc duo poſtrema non uno modo exponuntur ab interpretibus. Quidam enim ſic vertere, & proloquere juſtitiam. Ac ſi ſcriptum fuiſſet עַנֵּה‎ / & ſunt alii qui eam lectionem genuinam eſſe aſſerere non dubitant. Verum iſta aſſertio haud ſuo caret periculo. Præſtat igitur cum aliis κατὰ τὸ ῥητὸν vertere, & manſuetudinis juſtitiæ, pro manſuetudinis & juſtitiæ ſub verbum quod antea præceſſit. Sed objiciunt alii, huic expoſitioni obſtare primo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

punctum Maccaph, quo hæ duæ voces conjunguntur. Sed quid de eo ſtatuendum ſit, dictum eſt ſupra ad Pſal. 6. Secundo defectum copulativę ו ante צֶדֶק. Sed ſciendum eſt, eſſe aſyndeton. Quod etſi in Ebr. ling. ſit rarum, tamen non eſt prorſus inſolitum. Alii per hypallagen hanc difficultatem tollere conantur hoc modo; inequita ſuper verbum juſtæ manſuetudinis. Luth. verſionem benevolus lector, ſi placet, ipſe inſpiciat, & perpendat. De Lxx. & Vulg. verſione monere non videtur abs re fore, quod vid. verba illa עַל דְּבַר non reddant, ſuper verbum, ſed per præpoſitionem ἕνεκεν propter. Hoc etiam alii interpretes ſequuti ſunt. Atque ſic uſurpantur hæc duo verba Gen. 12. 17. עַל־דְּבַר שָׂרַי propter Saram. Et Pſal. 79. 9. עַל־דְּבַר propter gloriam nominis tui.

אֲדֹנָי] Domine. Eſt nomen plurale. Habet vero ſenſum ſingularem, quia de Deo dicitur, ſicut eodem caſu etiam ipſum אדנים & אלהים / atque eandem ob cau-

ob cauſam deſinit in (τ) & quoties ita occurrit, eſt tam incommunicabile creaturis ac ipſum יהוה. At cum creaturis tribuitur, deſinit in pathach niſi in pauſa, tunc enim etiam ſubinde habet (τ) Poteſt autem videri compoſita cum affixo primæ perſonæ plur. num. Verum forma iſta ſæpe pro abſoluta uſurpatur. Sic חוֹרַי / גוֹבַי / חֲלָנַי. Singulare eſt אדון / quod videtur deſcendere ab אֶדֶן / baſis fulcrum. Alii tamen referunt ad דין / judicare. Nomen hoc ab Ebræis vocatur, ודאי confeſſum, quod ejus puncta confeſſa ſint & certa, non ignota aut incerta ut τῷ יהוה. Cum affixis ponitur ſemper in pl. num. niſi 1. Sam. 1. 16. אדננו. Et Gen. 23. 6. אֲדֹנִי / quomodo de homine dici ſolet. Pſ. 110. 1. Dixit Dominus לַאדֹנִי / quod tamen quidam corruptum ſuſpicantur à Judęis, meritoque אֲדֹנָי divinitatis nomen ſcribendum, quo indicetur quomodo Chriſtus ſit Dominus Davidis, nempe ſecundum divinitatem. Sed eruditi ſtatuunt non eſſe neceſſe eo deſcendere. Licet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

enim Adoni de Chriſto ut homine dicatur, certum tamen eſt etiam ratione humanæ naturæ Chriſtum non Davidis tantum, ſed omnium Dominum eſſe, tam patris conſenſu & munere, quam acquiſitionis & redemptionis jure ac merito, quo ipſi à patre data poteſtas in cœlum & terram. Neque enim Matth. 22. 44. hunc locum adduxit Chriſtus ad naturam divinam ſaltem probandam, ſed ad regnum, perſonam & officia ſua deſcribenda. Nihil igitur cogit locum illum Pſalmi corruptum ſtatuere, nec Galatinus inter depravatos locos hujus meminit.

אֱלֹהָי] Deus mi. Eſt nomen plur. cùm affixo primæ perſ. Abſolutum eſt אלהים / à ſingulari אֱלוֹהַּ nec eſt diverſum ab eo, ut ſtatuit Hieron. Competit autem poteſtati & gubernationi. Alii volunt eſſe vocem primam, alii ortam. Horum vero non eſt eadem ſententia. Quidam enim deducunt ab אֵל alii ab איל alii ab אלה juravit. Verum omnibus iſtis conjecturis

obſtat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

obſtat ה mappic, quod in plur. recompenſatur per punctum Hirik. Illud enim docet ה in אֱלוֹהַּ eſſe radicale non Heemanticum, mobile non quieſcens, ideoque nullo modo cum ה ſimplici confundendum eſt. Rectius ergo illi, qui hujus vocis themati jam inuſitato אָלַהּ notionem adorandi aſſignant, idq́; ex Arabiſmo ubi אָלַהּ adorare ſignificat. Sed vir doctus oſtendit nuper, ſe dubitare, an hæc vox Arab. eaq́; ſignificatio ſatis probari queat, cum nec in D. Franciſci Raphel. nec Valentini Scindleri Lexico Arabico, nec in Arabica Pentateuchi Moſis paraphraſi reperta ſit. Suſpendatur igitur hic ſententia, donec ſe aliquid certius offerat. Quod ad אלהים attinet, Ebræi ad unum omnes, ſtatuunt, hanc vocem generatim ac communiter, judicem ac gubernatorem notare, ideoque primo magiſtratui, deinde Angelis tribuendum, quod per utroſque Deus judicia ſua exerceat. Singulari vero modo & καθ' ἐξοχὴν, Deum verum tanquam judicem ſummum

ſignifi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſignificare. Ideoque hoc nomen à יהוה ita diſtinguunt, ut illud juris & judicii, hoc gratiæ & miſericordiæ ſit, atque inde Chald. paraphr. interdum דין judicem transfert. His vero alii ſe opponentes, rectius dictum putant, hanc vocem Deo proprie, judicibus autem & gubernatoribus, cùm Angelis tum magiſtratui, metaphorice & ſpecialiter competere, quatenus vices Dei delegatas ſuſtinent. Rationes has adferunt. 1. Quod nomen ſing. אֱלוֹהַּ nullibi in Sacris literis ſignificet judicem, ſed tantum pro vero Deo, ut per Catachreſin & Ironiam pro falſo (idq́ue ter tantum) accipi comperiatur. 2. Videtur illis collatio Pſal. 82. 6. cum Joh. 10. 34. 35. id expoſcere. Quidam in hac voce myſterium quæſiverunt. Docent enim quoties hoc nomen de Deo acceptum, in Scriptura jungitur cum verbo ſingularis numeri, ut Geneſ. 1. 1. ברא אלהים tunc id fieri ad ſacroſanctam in divina eſſentia Trinitatem deſignandam, atque ita myſterium hoc in ſola

phraſi ponunt. Fuit autem hæc ſententia, non tantum theologorum Doctiſſ. P. Galatini, Hieron. Luth. & ex Neotericis plurimorum, ſed etiam inter Judæos antiquorum. Hinc enim quorundam ſententia Cabaliſtæ, per ſuum notaricon ex voce ברא nomen Dei 12. litterarum exſculpſerunt, /אב / בן / רוח הקדש unde porro effluxit nomen 42. litterarum, in quo putant myſtêrium Trinitatis plenius explicari. Sed alii oſtendunt hæc duo nomina non ſatis cognita eſſe, & fruſtra in ea inquiri, cùm una cum nominis יהוה prolatione exciderint, eo quod dum in uſu erant, & propere & ſubmiſſa voce à ſacerdotibus pronunciarentur, ut proxime aſtantes non perceperint, tum etiam quod nec quilibet ſacerdos eorum prolationem doctus erat. Quicquid igitur de iis & ex iis argumenti vice à quopiam dicatur, minus ſolidum exiſtimant. Alii ut Mercerus, Druſius, oſtenderunt tria eſſe vocabula, quæ cum intellectu ſint ſingularia, junguntur cum ſingu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſingularibus in conſtructione, videlicet בעלים / ארנים / אלהים / ideoque hanc formulam ſolius honoris gratia, ex linguæ conſuetudine profectam eſſe. Solitum enim eſſe Ebræis de illuſtribus perſonis in plur. num. loqui Geneſ. 39. 2.5. & 24. 9.51. Quare ſententiam illam myſterio Trinitatis hiſce rationibus infringere aggreſſi ſunt. 1. Quod hoc nomen tam commune ſit, ut nullum aliud inter divina communius. Nam non ſolum Deo & ſed etiam angelis, hominibus, idolis, imo uni Angelo Jud. 13. 22. uni homini ut Moſi Jeſai. 19. 4. uni vitulo Exod. 32. 31. tribuitur. 2. Quia eadem vox juncta ſing. num. aliquando de ſolo patre uſurpatur. Pſal. 45. 8. & 59. 14. aliquando de filio. Hoſ. 1. 7. Cum tamen in perſonis nulla ſit pluralitas. 3. Non raro hæc vox invenitur cum verbo plurali, ut Gen. 20.13. & 35.7. 2. Sam.7.23. Pſal.58. verſ. ult. Sed tunc habetur ratio terminationis. 4. Idem myſterium contineri poſſit in ארנים Mal.1.6. Ego Adonim. Interim

tamen

tamen non plane myſterium illud denegant. In ſenſu enim myſtico contineri poſſe concedunt, ex ipſa autem phraſi evinci poſſe negant. Alii igitur mediam quaſi viam inſiſtere volentes, haſce duas ſententias ita conciliare conantur, ut dicant, non ſatis ſufficienti ratione, myſterium hoc à phraſi amoveri, propterea quod eadem locutio Angelis & hominibus attribuatur. Quanquam enim hæc phraſis de angelis, hominibus & idolis ſine myſterio uſurpatur, tamen non ideo ſequi putant, eam omni carere myſterio, quando de Deo dicitur. Deinde utut vox Elohim ob eſſentiæ unitatem nonnunquam de ſolo patre aut filio adhibetur, nihilominus tamen in cæteris locutionibus manere myſterium Trinitatis exiſtimant. Tertio, quod vox Elohim aliquando jungatur verbo plurali, id non impedire illis videtur, quo minus hoc myſterium remaneat, vel in voce Elohim vel in ipſa phraſi. Nam ut plurimum adjici ſolet poſt nomen aut verbum plurale,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

rale, pronomen הוא aut ſimile quippiam, quod verbi ſingularis vicem implet, & unam eſſentiam divinam indigitat, ut Joſ. 24. 19. judicent jam Eruditi, ego enim ἐπέχω, in hujuſmodi dubiis, ubi utrinque argumentis haud contemnendis diſputatur, judicii mei infantiam ultro agnoſcens.

Verſ. 17. כִּי אָמַרְתִּי] Quia dixi i. dico, i. cogito. Ita enim vox אמר quæ proprie ſignificat loqui, dicere, ponitur ſæpe pro הגה ſive שוח meditari, cogitare, & contra, ita ut utrumque per ſe, dicatur & de λόγῳ προφορικῷ & ἐνδιαθέτῳ. Eſt vero in hiſce verbis defectus aliquis, nam eſt locutio imperfecta propter anguſtiam. Quidam ergo interponunt vocem, videndum. Alii, verendum eſt. Sed quoniam אמר hic uſurpetur pro λόγῳ ἐνδιαθέτῳ, melius ſubintelligitur, in corde meo, vel in memetipſo. Quæ phraſes etiam in N. T. ſunt valde uſitatæ. Quibus addatur, loqui πρὸς ἑαυτούς ad ſemetipſum. Joh. 7. 35. i. ut antea, in corde ſuo. Quod

tamen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

tamen vulgo interpretes, Ebraiſmum non capientes, reddunt, loquutus eſt unus ad alterum.

בְּמוֹט רַגְלִי] In nutando pedem meum, ad verbum, i. nutante pede meo. Semper malum aliquod denotatur, quando ſtatio alicujus dicitur verſa in lapſum, ut apparet ex Deut. 32. 35. Pſal. 66. 9. & 94. 18. & 121. 3. Similis phraſis de motione manus extat Lev. 25. 35.

הִגְדִּילוּ] Magnificent ſe i. efferant ſe, ſuperbiant. Sic quidam. Alii ſubintelligendum eſſe putant, פִּיהֶם os ſuum, ut ſenſus ſit, magnificent ſive extollant os ſuum i. contumelioſe loquantur. Atque ſic LXX. ἐμεγαλοῤῥημόνησαν magna loquuti ſunt. Sic Jer. 48. 26. Et ita plene expreſſa extat phraſis hæc Obad. 1. 12. Ezech. 35. 13.

Verſ. 18. לְצֶלַע נָכוֹן] Ad claudicationem ſum paratus, i. ad manifeſtandam infirmitatem meam in calamitate mea & miſeria, per quam claudicare videor; Quemadmodum Jacob claudicabat poſt

luctam cum Deo Geneſ. 32. 31. In hunc ſenſum etiam Chald. לְתְּבִירָא מְעַתַּר ad exitium paratus ſum. Lxx. εἰς μάστιγας ἕτοιμος in flagella paratus ſum. Quo reſpexiſſe videtur B. Luth. dum vertit, Ad paſſiones conditus ſum, **Ich bin zum leiden gemacht.** Eadem phraſis uſurpatur Pſal. 35. 13. Claudicatio uſurpatur interdum pro ſpirituali claudicatione Mich. 4. Zoph. 3. Ovem claudicantem ego colligam, ſic etiam Ebr. 12. Ne quis claudicans evertatur. Obſervandum autem צֶלַע ſignificare latus & claudicationem, q. lapſum lateris dicas: Sed צֵלָע & צֶלַע coſtam. Τὸ נָכוֹן Greci ut ſuprà dictum reddunt per ἕτοιμος paratus. Sic etiam Pſal. 93. 2. נכון כסאך / ἕτοιμος ὁ θρόνος σου. Verum ἕτοιμος longe aliter ibi uſurpatur quam hic. Ibi enim ponitur pro κραταιός. Nam Lxx. interpretes, authores librorum Apocryphorum, & N. T. paſſim uſurpant ἑτοιμάζειν pro κραταιοῦν. Cujus rei cauſa ex ambiguo Ebræi נכון petenda eſt, quod & parationis & firma-

tionis

tionis notionem habet. Vulg. autem hoc non obſervans, præparandi & parandi ſignificationem paſſim retinuit, atque ita multa loca obſcura reddidit.

Verſ. 19. אֶרְאַג] Solicitus ſum. Aut cavebo ſolicite, vid. tanquam ex metu mali aut damni alicujus ſubſecuturi. Id proprie importat vox originalis Joſ. 22. 24. 1. Sam. 9. 5. & 10.2. Eſa. 57. 11.

Verſ. 20. חַיִּים] Sunt viventes ſive vivi i. vivunt, h. e. vitam hilarem & lætam agunt, donati valetudine & ſanitate. Vel divites ſunt, quemadmodum verbum hoc videtur denotare Eccleſ. 6. 8. חַיִּים ſignificat etiam vitam & tunc caret ſingulari. In priori autem ſignificatione habet in ſingul. חַי item חֵי. Et Ebræi notant, de vero Deo dici חַי aliâs חֵי.

עָצֵמוּ] Roborantur, ſunt potentes, ſc. divitiis, poteſtate, numero. Vox enim עָצַם prout ſignificat validum eſſe robore Pſal. 135. 10. Prov. 30. 26. ita quoque multum numero Pſalm. 40. 6. 13. & 105. 24. & 137. 17.

שֶׁקֶר] Falſo, aut in falſitate, pro בשקר i. falſis & injuſtis de cauſis, perfidè, Pſal. 35.19. Sic quoque Græc. tranſtulit ἀδίκως injuſte. Thema eſt שקר mentiri, ejuſque Synonymum eſt כזב / verum hoc proprie dicitur de eo, qui fallit alicujus expectationem Job.40.98. Pſal.89.36. Eſ.58.21. 2. Reg. 4. 16.

Verſ. 21. וּמְשַׁלְּמֵי] & reddentes, tribuentes. Eſt partic. phiel. plur. numer. in forma conſtructa, à themate שָׁלֵם quod ut & Synonym. ejus גָּמַל / aliquando ſignificat primam & ultroneam beneficentiam vel læſionem, i. benefacere vel malefacere ſimpliciter, non ſemper retribuere bene aut male, Prov.11. Juſtus גּוֹמֵל retribuit i. benefacit. Lxx. ἀγαθὸν ποιεῖ animæ ſuæ. Gen.50.5. Forte reddet nobis omne malum quod גָּמַלְנוּ retribuimus i. malefecimus illi. Sic etiam Pſal. 116.7. & 13.6. & 119.17. Abd.15. Et Pſal. 137. in uno verſu vid. 8. Utrumque verbum in diverſo ſenſu occurrit, Beatus qui יְשַׁלֶּם retribuet tibi retributionem tuam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

tuam, שֶׁגְּמַלְתָּ qua retribuiſti i. malefeciſti nobis.

יִשְׂטְנוּנִי] adverſantur mihi. Fut. tertiæ perſ. plur. cum affixo, à ſimplici שָׂטַן. Hinc dictus eſt Satanas, in fine appoſito σ ex more Græcorum; quia eſt adverſarius ad impediendum omne bonum. Zach. 3. 1. Marc. 1. 13. Apoc. 12. 9. Eam vero eſſe veram ejus Etymologiam evincit locus Zach. ſupra citatus. Ita ut illi errent, qui à שטה deducunt. Idem alibi vocatur διάβολος Apoc. 12. 10. ideo LXX. Ebr. שָׂטַן ſæpe vertunt per διαβάλλειν, ut hic ἐνδιέβαλλόν με deferebant, detrahebant me. Atque in ea ſignificatione ponitur etiam Eſræ 4. 6. In locis vero ubi de hominibus eſt ſermo, tunc fere ſemper retinent vocem Satan 1. Reg 11. 14. 23. & 25. Matth. 16. de Petro. Et diſcriminis cauſa additur Angelus 2. Corinth. 12. 7. Atque iſta locutio eſt plane Thalmudica.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ANALYSIS LOGICA Pſalmi 38.

PSalmus hic eſt partim εὐκτικὸς precativus, partim σχετλιακὸς queribundus. Partes ejus tres ſunt. Primo enim orat Pſalmiſta Deum, ut de caſtigationis acerbitate remittat. verſ. 2. Deinde ut eo facilius exauditionem impetret, gravitatem morbi ſui ex vehementia iræ Dei concepti exagerat, eamque deſcribit, tum à cauſis procreantibus, Deo vid. verſ. 3. peccatis ſuis, eorumque deteſtatione verſ. 4. 5. 6. tum à partibus verſ. 4. 6. 7. 8. 9. 11. tum ab effectis verſ. 5. 7. 9. 10. 12. Tertio tandem proponit querelam de inſidiis hoſtium horum à verſ. 13. uſq; ad 22. Eique adjungit petitionem, de auxilio contra iſtas inſidias, & priſtinę valetudinis reſtitutione verſ. 22. 23. Inſidias vero illas amplificat 1. ab oppoſitione ſuæ patientiæ verſ. 14. 15. ex ſpe opis Divinæ ejuſque cauſa procreante, vid. precibus verſ. 16. 17. 18. tum etiam in-

genua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

genua peccati confeſſione & de ejus remiſſione ſolicitudine, ortæ verſ. 19. Deinde à potentia inimicorum verſ. 20. & collatis in illos beneficiis, contraque odio eorum adverſus eum propter pietatis amorem verſ. 21. De tempore quidam ſic ſtatuunt, hunc Pſalmum eſſe ſcriptum tempore quo David fugit Abſolonem, relinquens urbem & arcem Sioniam, & quidem in itinere ad Jordanem, quando inſultavit ei Simei convitiis ſuis, vel potius in deſertis locis illis exilii ſui ultra Jordanem, cum jam ex perſecutione debilitatus eſſet, & non inter initia.

ANALASIS LEXICA
Pſalmi 51.

VErſ. 2. הַנָּבִיא] Propheta. Vox Ebr. late & ſtricte ſumta, habet diverſas notiones. Iſto enim modo denotat doctorem, rerum ſacrarum interpretem qui res ſacras exponit, Exod. 7. 1. 1. Cor. 14. ita ipſe Deus Abrahamum Prophetam vocat Geneſ. 20. 7. ita in genere omnes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Patriarchæ Prophetæ vocantur Pſal.105. 15. fuerunt enim quaſi doctores domeſtici. Poſteriori autem modo accipitur נביא pro rerum futurarum nuntio. Atq; hæc eſt ſecundaria & adventitia ejus ſignificatio. Prophetare enim eſt Synecdochicum interpretamentum Ebraici נִבָּא / ut Joh. 4.19. Hinc Joſua, liber Judicum ſub quo Ruth, volumen Samuelis & volumen Regum, qui ſunt mere hiſtorici, res anteactas commemorantes, ab Ebræis in Canone numerantur inter Propheticos, & vocantur Prophetæ anteriores, quod de rebus ante geſtis prophetaverint, i. e. infallibiliter ex inſpiratione Sp. S. ſcripſerint. Qui enim res præteritas humano ingenio incognitas novit, Propheta dicitur. Sic Moſes dicitur prophetaſſe de creatione mundi, eò quod totam rem geſtam in ſuis libris graphice deſcribat. Et in N. T. nonnunquam ſeparatim ac ſeorſim nominatur, nonnunquam cum aliis eadem Prophetæ appellatione comprehenditur, ut Luc. 24. 25.

O tardi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

O tardi corde ad credendum omnibus, quæ loquuti ſunt Prophetę: quod poſtea ſtatim verſ.27. explicatur & diſtinguitur in Moſen & Prophetas. Sic etiam Act. 26.22. quæ Prophetæ & Moſes prædixerunt. Ubi ex Prophetis nominatim exprimitur propter excellentiam, tanquam princeps eorum, juxta loquendi formulam etiam latinis uſitatam, ut in iſto Virgilii

Troes relliquias Danaum atque immittis Achillis.

Et quemadmodum per Prophetas in N. T. paſſim intelliguntur ſinceri doctores ſive verbi divini interpretes, ita etiam per pſeudoprophetas ſæpiſſime denotantur falſi doctores & verbi Divini corruptores, ibidem. Aliâs in diviſione V. T. Prophetæ ſtrictius accipiuntur pro illis, qui futura prædixere. Atque catachreſtica hæc ſignificatio, apparet in vocibus Græcis & Latinis, in Ebraicis non item. Etymologia n. illa qua quidam vocem Ebr. נביא à בוא venire, deducere volue-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

rint, jam dudum à doctis viris exploſa eſt. Quamvis ſunt etiam qui docent, in Græco προφήτης nihil eſſe quod tempus denotet. προ n. ibi idem eſſe quod ὑπὸ, ut quemadmodum πρόθεσις pro ὑπόθεσις, ſic etiam προφήτης pro ὑποφήτης dicatur. Atque ita ſicut Theocritus Poëtas vocat μουσάων ὑποφήτας, ita Paulus Epimenidem Poëtam vocat προφήτην. Tit. 1. 12. Habebantur enim Poetæ pro interpretibus Apollinis & Muſarum. Feſtus; Prophetas in Adraſto Julius nominat antiſtites fanorum, oraculorumque interpretes.

כַּאֲשֶׁר־בָּא] Poſtquam ingreſſus fuiſſet, ſc. in cubiculum ut Jud. 15. 1. id eſt, concubuiſſet, ut phraſis importat Gen. 6. 4. & expreſſe dicitur 2. Sam. 11. 4. Ita lingua Ebr. res minus honeſtas, & ad quas hominum aures facile offendi poſſent, honeſtis circumlocutionibus effert, ideoque non immerito ſancta lingua dicitur. Chald. כַּד שַׁמֵּשׁ cum miſcuit ſe. Tota hiſtoria ad quam Pſalmiſta paucis

hiſce

hiſce verbis reſpicit, deſcribitur prolixe 2. Sam. 11. & 12.

Verſ. 4. הֶרֶבה] multiplica. Eſt vox anomala, ideoque à Maſorethis notata eſt circulo (o) ſuperimpoſito, quem aliâs vocant כְּתִיב ſcriptum, cui reſpondet litera ק in margine poſita, quæ denotat קְרִי legitur. Eo enim indicare voluerunt, hanc vocem aliter ſcribi, aliter legi. Scribitur enim הַרְבֵּה / ſed legitur הֶרֶב per Apocopen. Atque hic datur quidem ampliſſimus campus, de duabus notis Maſorethicis Keri & Chetib, item de Anomaliis in Bibliis Ebr. paſſim occurrentibus, quarum quædam eſſentiales, quædam accidentales, eæque rurſus vel propriæ vel communes, diſcurrendi; ſed quia iſtum laborem mihi jam antea compendifecit Clar. Sixtinus Amama p. m. in doctiſſ. ſua diſſertatione ex profeſſo hac de re conſctipta, ac primo Coronidi ſuæ ad Grammaticam Martinio-Buxtorfianam, prẹfixa, poſtea vero Anti-Barbaro ſuo Biblico inſerta, eò lectorem indu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

induſtrium, & harum rerum ſolidæ cognitionis cupidum, ablegare mihi ſatis viſum eſt. Vocem autem hic in textu extantem quod attinet, eſt imperat. Hiphil, & juxta ſcriptionem eſt integra, juxta lectionem verò cum Apocope literæ ה. Hic autem uſurpatur adverbialiter & ponitur pro multum. Sic etiam 2. Reg. 10. 18. ubi ſimul opponitur מעט parum. Et quod in uno loco ſcriptum eſt הרבה / id in alio לָרֹב & רבה / Conferatur 1. Reg. 10. 10. cum 2. Chron. 9. 9. item 2. Sam. 8. 8. cum 1. Chron. 18. 8.

כַּבְּסֵנִי] Lava me. Imperat. phiel, à thema כִּבֵּס in Kal enim non eſt uſitatum. Multiplica lava me, eſt phraſis Ebr. & ſignificat idem quod multum lava, quomodo etiam Chald. ὑπερφεάζει סַגִּיאָ תְּחַוְּרִנַּנִי admodum lavabis me. In rectione enim verbi cum verbo, quod qualitatem aut quantitatem adſignificat, per adverbium explicatur, ſed tum rectum plerumque in infinitivo ponitur, quod in expoſitione reſolvitur in verbum finitum re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

tum regens ut Pſal.33. benefacite pulſare i. optime pulſate. Huc quidam referunt phraſin Joh. 6. 21. ἤθελον λαβεῖν αὐτὸν, ut ſenſus ſit, ἔλαβον αὐτὸν ἐθελήμως, nam Mat. 14.32.33. & Marc. 6. 5. teſtantur eum receptum in navim. In eo tamen diſcrepat hoc exemplum Pſalmi ab aliis, quod imperativus ponatur loco infinitivi, nam aliquando reſolvitur infinitum in tempus præcedentis finiti, ut hoc loco, multiplica, lava me i. multiplica ad lavandum me i. multum lava me. Præterea deeſt copula Vau, plene enim diceretur הרבה וכבסני. Pſalmiſta applicat hic & verſu 9. lotionem in lege uſitatam ad ſpiritualem ablutionem à peccatis per ſanguinem Chriſti juxta illud Apoc. 4. 14. Joh. 1. 7. Idem facit Propheta Jerem. 4. 14. In Veteri Teſtamento ablutiones ex mandato Dei in crebro uſu erant, ut videre eſt Exod. 19. 10. Levit. 11. 25. 32. & 14. 8. & & 15. 5. 8. 13. 22. Omneſq; erant typi ſanctificationis noſtræ in Chriſto, qui venit per aquam & ſanguinem 1. Joh. 5. 6.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

5.6. Huc etiam facit quod dicitur Ebr. 10.22. Tit.3.5. Jeſ. 4. 4. Peculiari autem uſu, lotio adhibebatur in expiatione cœdis incognito authore commiſſæ Deut. 21.6.atque eo reſpexit etiam David Pſal. 26. & 73. 13. Hunc ritum Judæorum, Pilatum, cum pluſculos annos in Judæa exegerat poſt decretoriam in Chriſtum ſententiam dictam, imitari voluiſſe, doctiores exiſtimant. Neque enim vel minimum veſtigium ejus ritus vel apud Græcos vel Romanos apparere, viri in utriuſque gentis antiquitatibus verſatiſſimi oſtendunt. Ideoque teſtimonia authorum quæ à quibuſdam citantur nihil ad rem facere dicunt, cum illa omnia ſolummodo doceant priſcos adhibuiſſe aquam expiandis ſceleribus jam patratis. Pilatus vero lavat manus ad teſtandam innocentiam ſuam, diſerte n. ait: Innocens ſum à ſanguine hujus juſti. Et quod alii dicunt vocem ἀθῷος, quæ habetur in textu originali, nonnunquam à Lxx. reddi per καθαρὸς purus, & à Syro

in hoc

in hoc loco per, purificatus & expiatus ſum, ideoque ſenſum eſſe, ut Pilatus ſe primo cædis reum agnoſcat, deinde vero aquis luſtralibus expiare ſe ſatagat: ad id reſpondent; Univerſæ narrationis filum ſatis indicare, nullam neceſſitatem eſſe vocem ἀθῷος à propria ſignificatione dimovere.

Verſ. 5. פְּשָׁעַי אֵדָע] Tranſgreſſiones meas cognoſco. Sic verba ſonant. Cognoſcere autem hic ſignificat, agnoſcere, confiteri. Sic Jeſ. 59. 12. Iniquitates noſtræ יְדַעֲנוּם agnoſcimus eas. Jerem. 3. 13. אַךְ דְּעִי עֲוֹנֵךְ tantummodo agnoſce iniquitatem tuam.

Verſ. 6. לְךָ לְבַדְּךָ] Quidam, Tibi, ſoli tibi, ut ל ſit indicium dativi caſus. Alii contra te, ל enim cum voce חטא juncta valet contra, Sic Deut. 1. 44. חָטָאנוּ לַיהוָה / Job. 8. 4. Si filii tui חָטְאוּ לוֹ peccarunt contra eum. Poteſt etiam verti coram te. Non abſq; cauſa quæri poteſt, cur David dixerit, ſe in ſolum Deum peccaſſe, nulla facta mentione Uriæ ad quem imprimis

iſta in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

iſta injuria redundabat? Ratio non una dari poteſt. Vel quod David tanquam Rex à nomine ſibi pœnam niſi à ſolo Deo timebat. Nam reges, etſi nunquam non ingenti populi malo peccent, tamen non habent hominem, cujus authoritate in ordinem redigentur, cum Dei judicium nemo quamlibet potens poſſit effugere. Aut etiam quod præter Deum nemo ei peccatum hoc remittere potuit Jeſ. 43. 25. Sic etiam Pſal. 41. 5. Poteſt etiam dici contra ſolum Deum peccaſſe, propterea quod eum ſolum malefacti ſui conſcium haberet, hominibus autem clam perpetraverat. 2. Sam. 12. 12. Et ſic recens vernacula in margine. Hic autem non eſt prætereunda obſervatio Clar. Johannis Tarnovii in hunc locum, eſt enim notatu digna. Dicit phraſin illam peccare Jehovæ, notare maxime peccare. Deut. 1. 41. Job. 6. 4. cum Dan. 9. 5.

הָרַע בְּעֵינֶיךָ עָשִׂיתִי] Quod malum in oculis tuis feci. Suppleri debet verbum, Eſt. Phraſis Ebraica eſt Emphatica; Nam

cum

cum nobis aliquid diſplicet,id torvo vultu indicare ſolemus. Hæc autem verba pertinent ad 2. Sam. 12. 9. & 11. 27.

לְמַעַן תִּצְדַּק] Verba hæc dupliciter ab interpretibus exponi ſolent. Quidam enim ea jungunt cum 'חָנֵּנִי' verſ.3.vel 'טַהֲרֵנִי' 4. ita ut למען finem denotet, hoc modo, miſerere mei, vel lava me, propterea ut juſtus ſis in ſermone tuo, quo pœnitentibus veniam promittis. Alii jungunt ea cum פשעי ארע verſ.5. & vertunt per, adeo ut, tanquam eventum rei ſignificaret, hoc modo. Confiteor peccata mea, adeo ut juſtus ſis in tua reprehenſione, qua me per Nathan corripuiſti q. d. non eſt opus ut me increpes, ecce ipſe confiteor. Hæc verba à ſingulari Davidis cauſa ad generalem theſin optime à Paulo accommodantur Rom. 3. 4.

בְּדָבְרֶךָ] In loqui te, ad verbum, eſt n. infinit. Kal cum affixo, i. e. in ſermone tuo, verbis tuis, ſic Apoſtolus Lxx. ſequutus ἐν τοῖς λόγοις σȣ. Si verba intelligenda ſunt juxta primum ſenſum ſupra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

citatum, tum ſermo accipiendus eſt de ſermone conſolatorio, ſi juxta ſecundum, de correctorio ſive increpatorio. Chald. hæc verba de perſona ipſius Davidis exponit מִן בְּגְלַל דְּתִזְכֵּי יָתִי בְּמַלָּלוּתָךְ/ propterea mundabis me cum locutus fueris.

תִּזְכֶּה] Mundus ſis. Fut. 2. Kal. Them. eſt זכה mundus fuit: & mundum habuit ſeu pronunciavit. Mundus hic ponitur pro ſincero, irreprehenſibili. Apoſtolus hanc vocem ex LXX. reddit, per *νικήσῃς* vincas, ſenſum magis quam verba reſpiciens. Qui enim irreprehenſibilis eſt, is vincit etiam quando res ad judicium pervenerit. Ebraic. זכה/ in Syriaca lingua uſurpatur pro vincere.

בְּשָׁפְטֶךָ] In judicare te, ut antea בְּדָבְרֶךָ. In judicare te i. cum tu judicas, h. e. punis. Sic judicia paſſim pro pœnis. Exod. 6. 6. & 7. 4. Pſal. 118. 84. ſic Pſal. 105. 5. מִשְׁפְּטֵי־ פִיו judicia oris ejus i. plagæ quas ſuperinduxit Ægyptiis primo per Moſen & Aaronem tanquam proprio ſub ore.

denun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

denunciatas. Eodem modo uſurpatur. Gr. κρίμα Rom. 13. 1. Cor. 11. Quidam paſſive vertunt: ſic Apoſtolus ἐν τῷ κρίνεσθαί σε cum judicaris i. dum tu reprehenderis ab aliis, quaſi qui non ſtes promiſſis. Similiter etiam paſſive reddit illud Gen. 15. 6. Rom. 4. 3. Gal. 3. 6. & illud Eſa. 25. 8. 1. Cor. 15. 54. Alii, cum tu in judicio litigas, contendis cum homine; nam שפט in Niph. ita paſſim ſumitur. Ezech. 17. 20. & 20. 36. Pſalm. 109. 7. Chald. תִּבְרֵךְ יָתִי כַּד תְּדוּן purum reddes me cum judicaveris. Ab hoc themate eſt vox מִשְׁפָּט / quæ præter propriam ſignificationem ſuam, jus, judicium, Metaphorice etiam denotat, Rationem, ritum, morem modum agendi, etiam malum. Sic 1. Sam. 2. 13. nefaria præſidentia filiorum Eli, vocatur משפט הכהנים i. ratio, forma ſacerdotum. 1. Sam. 8. 9. Omnia iſta gravamina, omnes iſtæ moleſtiæ & difficultates, quas Iſraelitæ ſub regibus eſſent experturi ſive jure ſive injuria ſua, vocantur מִשְׁפַּט הַמֶּלֶךְ jus regis i. conſue-

 tudo,

tudo, ratio regis. Ita ut vocis uſui minus attendiſſe videntur qui utrobique per jus reddiderunt. Simile exemp. Jud. 13. verſ. 12.

Verſ. 7. הֵן] Ecce. Adverbium demonſtrandi. Dicitur & הִנֵּה quod etiam jungitur cum affixis. S. Scriptura hiſce duabus particulis, ut plurimum uti ſolet, quando res ſingulares & magni momenti proponit, quas homines attentioribus animis excipere debent, ut in iſto loco Eſa. 7. ubi habetur vaticinium de conceptione & nativitate Servatoris noſtri Jeſu Chriſti.

חוֹלָלְתִּי] Eſt phiel formæ quadratæ in Kal eſt חול parturivit, doluit parturientis in modum. In phiel ſignificat, genuit, peperit, & Metaph. Formavit & Deo tribuitur. Unde quidam hic vertunt, Formatus ſum. Alii genitus ſum i. partu in lucem editus ſum. Sic Recens vernacula, & ut melius exprimatur vis vocis Ebraicæ additur in margine cum dolore. Simulque etiam alia illa explicatio ap-

ponitur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ponitur. Et ita ſumitur Job. 15. 7. & 39. 4. Prov. 8. 24. 25. Poteſt tamen etiam intelligi de ipſa formatione, quæ fit in utero matris, vel de ipſa conceptione. Unde Græci συνελήφθην. Chald. peculiariter hunc locum reddit, בַּעֲוָיָן סְבַר אֲבָא לְמִבְרֵא יָתִי / In iniquitatibus cogitavit pater me generare. Ex hoc loco duo elici poſſunt. 1. Peccatum originale ipſum fontem & principium peccati originalis eſſe. In ipſo conceptu nempe tranſmitti per ſeminis emiſſionem. Semen enim virile peccati originalis vehiculum eſſe, multi aſſerunt. 2. Ipſum corpus antequam infuſa anima fuerit, ſubjectum peccati eſſe, & quidem immediatum, utpote cum anima in ipſa conceptione nondum ibi ſit, quâ mediante quidam putant corpus dici poſſe ſubjectum peccati.

יֶחֱמַתְנִי] Præter. phiel cum affixo. Sine eo eſſet יֶחֱמָה vel יֶחֱ à themate יחם quod ſignificat, caluit, incaluit. Item concepit Gen. 30. 38. 39. 41. & 31. 10. Hinc etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

diverſimode exponitur hic locus. Quidam, Fovit me. Alii concepit me. Lxx. ἐκύσσησε με, geſtavit me. Alii abſolute caluit me i. caluit à me i. impraegnata eſt à me vel de me. Ad verbum, calefecit me i. incaleſcendo concepit. Chald. בְּחֹב יִצְרָא בִּישָׁא יִתְחַמְּמַנִי אוּמִּי / In peccato fomitis pravi incaluit de me, mater mea. Iterum duæ illæ concluſiones elici poſſunt. Quin etiam ipſi Ebræi de peccato Originali hic agi aſſerunt. Notatu dignum Abenez: hujus peccati ſeptem appellationes recenſere. 1. Figmentum malum Geneſ. 6. 2. præputium cordis Deut. 10. 3. inimicus ſeu oſor. Prov. 25. 4. offendiculum Eſa. 57. 5. Cor lapideum Ezech. 36. 6. Aquilonaris Joel. 2. 7. immundum, hoc loco. Sunt qui hic agi putant de peccato parentum actuali. Sed obſervandum hic dici in ſingulari חטא / עון.

Verſ. 8. בַּטֻּחוֹת] Vox hæc, occurrit tantum hic & Job. 38. 36. Quidam vertunt in præcordiis. Alii, ut Ebræi, Abenez: &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

nez: & Chald. in Renibus. B. Luth. & cum eo vernacula in genere exponunt de locis occultis, ita ut idem diceretur diverſis verbis, quod non eſt inſolitum. Sed interpretationem de renibus ipſæ ſententiæ reſpuere videntur. Nam etſi Scriptura in renibus locat voluntatem & cupiditatem, quæ hic denotatur per præcedentem vocem אמת / dum ponitur pro ſinceritate vel ſincera cupiditate & voluntate ſequendi Deum, tamen ſapientię (cujus fit mentio in ſupra citato loco Jobi,) ſedes in renibus, minime tribui poteſt, nam illa proprie cordi competit. Nec ſuperior denotatio vocis אמת/ hanc interpretationem neceſſitat; Nam & in præcordiis veteres voluntatem & cupiditatem collocarunt. Cic. 1. Tuſcul. quæſt. ſubter præcordia cupiditatem locavit Plato. Ratio autem quæ commovit Ebr. hanc vocem per Renes vertere, hæc eſt: Quoniam thema eſt טוּחַ & ſignificat levit, oblevit, induxit, hinc putant renes dictos eſſe טֻחוֹת quod adipe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

obliti ſint.

בַּסָּתֻם] In occulto, abſtruſo. Poteſt referri & ad perſonam & ad rem. Si ad perſonam pertinere dicendum eſt, tunc intelligitur cor, quod Deus dicitur renovare Ezech. 36. 26. & in eo ſcribere legem ſuam Hebr. 8. 10. Atque ita etiam exponit Chald. בְּמַטְמוֹר לִבָּא / & hoc eſt quod Apoſtolus vocat, occultum illum cordis hominem 1. Petr. 3. 4. Si ad rem referenda hæc vox, tunc denotat myſteria occulta ſapientiæ Job. 11. 6. Sapientiam Dei in myſterio, occultam ſapientiam, manifeſtatam per Euangelium 1. Cor. 2. 7. Et eo applicat illud Græcus, dicens, τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.

תּוֹדִיעֵנִי] Notam mihi feceras; aut in forma optantis, velis mihi notam facere; ut ſit fut. 2. Hiph. 2. perſon. Abenez. refert ad אמרת ut ſit fœm. gen. 3. perſonæ, notam mihi reddidit.

Verſ. 9. תְּחַטְּאֵנִי] Expia me. Lxx. ῥαντιεῖς ſenſum non verba ſpectantes. Verum Ebrai-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Ebraicum expiandi ſignificationem habet. Ideo B. Luth. non infeliciter Ebraiſmum expreſſit voce certe eleganti germanica, **Entſündige mich.** Eſt autem fut. phiel 2. perſon. De ſingulari hujus vocis uſu, quo in hac forma aſſumit plane contrariam ſignificationem à propria in Kal, ſupra dictum eſt. Jam vero notandum occurrit, interpretes pleroſque præter Lxx. in hoc loco reddere per imperat. Expia. cum juxta Analogiam vertendum eſſet per Futur. expiabis, vel velis expiare me. Cauſa a. ex ipſa Ebrææ linguæ proprietate proficiſcitur. Sæpe enim in hac lingua precationes in forma imperativi proponuntur, imprimis & ſpecialiter in fine ſententiæ, in majorem certitudinem, precationes iſtas ratas fore. Sic Pſalm. 10. 17. & 54. 3. & 59. 2. & 64. 2. Job. 6. 23. & 21. 3. & 40. 5. Ita quod 1. Chron. 17. 27. הוֹאַלְתָּ לְבָרֵךְ / Placuit tibi benedicere, illud ipſum 2. Sam. 7. 29. הוֹאֵל וּבָרֵךְ / Placeat tibi benedicere, dicitur.

בְּאֵזוֹב] Hyſſopo. Intelligit aſperſionem ſanguinis Chriſti, quæ figurata fuit per aſperſionem aquæ luſtralis de qua Num. 19. item ſanguinis aviculæ Levit. 14. in leproſo. Nam quod plaga lepræ eſt corpori, id peccatum eſt animæ. Eſt itaque duplex Metonymia, 1. Efficientis quatenus per hyſſopum intelligitur aſperſio quæ fiebat per hyſſopum. Nam ex quatuor caulibus Hyſſopi ligno cedrino, filo coccineo alligatis fiebat aſperſorium. 2. Adjuncti quatenus per aſperſionem hanc ceremonialem intelligitur aſperſio ſanguinis. Chald. brevem hanc Pſalmiſtæ alluſionem, plene effert; תַּדֵּי עֲלַי הֵיךְ כַּהֲנָא דְמַדֵּי מֵי אַדָּיוּתָא עֲלַוֵּי מְסָאֲבָא בְּאֵיזוֹבָא מִקְּטַם תּוֹלַּתְּא / Hujus autem ceremoniæ expreſſa extant mandata Num. 19. 18. Exod. 24. 8. In N. T. in hiſtoria paſſionis, Hyſſopi quoque fit mentio Joh. 19. 29. Sed ut de ſignificatione vocis אזוב & Græc. ὕσσωπος, controvertitur inter interpretes, ut poſtea dicetur, ita quoque de ejus uſu in hoc loco non ſatis convenit.

Euan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Euangeliſtæ verba hæc ſunt illi implentes ſpongiam aceto, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. Hæc verba quidam ſic exponunt, ut Hyſſopus obtineat locum calami, i. perticæ vel baculi. Cujus expreſſa fit mentio Matth. 27. 48. Marc. 15. 36. hoc modo; Cum eam hyſſopo circumpoſuiſſent admoverunt ori ejus. Sed huic ſententiæ, plautæ iſtius natura obſtare videtur, ſi modo intelligenda ſit illa quæ vulgo vocatur Yſop / vix enim terra ſe attollit. Hoc abſurdum videns Camerarius, conjectavit legendum, καὶ ὕσσῳ περιπεριθέντες, pilo circumponentes; erudite quidem. Pilum autem erat telum miſſile Roman. militibus familiare. Ergo quod reliqui dixerunt κάλαμον arundinem, Johannes ὕσσον dixit. Hanc quoque ſententiam alii viri Docti magis confirmatum iverunt, oſtendendo priſcos ex arundine multa tela feciſſe, & arundinem, ſagittam poëtis ſignificare, ut cum dicunt volucris arundo. Verum omnium librorum conſtans

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

lectio hanc conjecturam in dubium vocat. Nam ipſe quoque Syrus ὑσσώπῳ legit. Alii ergo ſic verterunt quaſi ὑσσώπου legeretur, implentes ſpongiam aceto & hyſſopo i. ſucco hyſſopi, circumpoſuerunt eam, arundini videlicet. Alii, & hyſſopum circumponentes vid. ſpongiæ q. legeretur ὕσσωπον. Tot ac tam variæ ſunt interpretum ſententiæ de hujus loci genuino ſenſu. Jam vero utriuſque tam Ebr. quam Græcæ vocis ſignificationem quod attinet, de ea dixi antea, interpretes etiam non convenire. Atque ſic etiam eſt. Sunt enim qui putant אזוב ſignificare Rutam muriariam ſeu capillum veneris, quia ex parietibus creſcere dicitur 1. Reg. 4. 32. Alii Origanum denotare exiſtimant. Jun. in prima editione de Muſco intelligit. In ultimis vero curis ad Exod. 12. 22. hæc verba habet Ebræum Ezob & Tzahtar Arabum, primo & per ſe latæ ſunt ſignificationis: nam & hyſſopum & omnia origani genera & thymbram & thymum & ſaturejam com-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

jam complectitur. Sed κατ᾽ ἐξοχὴν accipitur anguſtius, nam quia אזוב ad fluxus, tuſſim, duritias, collectiones & manantia ulcera utilis eſt, ſpeciatim hac voce hyſſopus denotatur, quæ principatum in eo genere obtinet. Huc me adducit autoritas Apoſtoli Hebr. 9. 19. qui ἐν τοῖς καθολικοῖς legitimorum rituum hyſſopum nominat. Nec obſtat quod 1. Reg. 4. 32. Cedro apponitur & parietinas amare dicitur: nam oppoſitio fit rerum ὁμογενῶν ac non genere differentium. Eſt autem genus commune utriuſque, planta in ſcapum aſſurgens vel cauleſcens: quo in genere certum eſt maximam cedrum fere, ſaturejam minimam appellari. Hactenus ille. Ex his autem verbis ſatis liquet quid porro de Græco ὑσσώπῳ, in loco iſto Joh. ſtatuendum ſit; videl. non eſſe neceſſe cum quibuſdam ex phraſiologia Lxx. interpretum per iſtam vocem intelligere Roſ-marinum, qui Libanotis arboreſcens vocatur. Sed præſtare, ſimpliciter manere apud communem & vul-

gatam

gatam ejus ſignificationem. Huc etiam accedit autoritas Joſephi. Is enim Antiquitatum lib. 8. 2. hyſſopum ſpeciem non φύτȣ ſed δένδρȣ ponit. Quanta autem fuerit terræ S. præ aliis fertilitas vel ex eo liquet, quod de ſynapi Marc. 4. 32. proditum eſt.

מִשֶּׁלֶג] præ nive. מ habet hic ſignificationem comparativi, & ſenſus eſt plus quam nix. Sic Græc. ὑπὲρ χιόνα. Sic Eccleſ. Bonum eſt nomen bonum, מִשֶּׁמֶן טוֹב præ unguento bono, i. melius unguento. Ea autem comparatio in Syntaxi verbi ſæpe adverſativæ æquipollet, ut Pſal. 118. Bonum eſt confidere in Deo præ confidere in hominibus. i. non autem confidere in hominibus. Sic 1. Cor. 7. Melius eſt nubere quam uri i. non autem uri. Luc. 18. Deſcendit hic juſtificatus, ἢ ἐκεῖνος quam ille, i. non autem ille, ut ἢ exponatur per οὐ, atque ita ſupplementum (magis) non eſt neceſſarium. Sic etiam explicari poteſt locus 1. Pet. 3. 17.

שֶׁלֶג nix, ponitur hic ad exaggerationem puritatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

puritatis & munditiei. Sic in N.T. Chriſti veſtes in ejus glorificatione dicuntur candidæ fuiſſe tanquam nix, Marc. 9. 3. Ab hac voce שֶׁלֶג formatur verbum in Hiphil הִשְׁלִיג Pſalm. 68. 15. Niveſcere i. ſicut nix albeſcere.

אַלְבִּין] Albeſcam, Fut. 2. Hiph. thema eſt לבן ſed non eſt in uſu, in Kal videlicet in hac ſignificatione. Hinc fit לְבָנוֹן ut alpes ab albo. Hinc etiam luna dicta eſt לְבָנָה & later לְבֵנָה utrumque ab albore. Ab horum poſtremo formatur verbum in Kal לָבַן quod ſignificat lateres formare quaſi laterificare dicas.

Verſ. 11. הַסְתֵּר פָּנֶיךָ] Abſconde faciem tuam. i. noli meminiſſe peccatorum meorum ad viſitandum ea in me. Deus n. tunc dicitur occultare faciem ſuam à peccatis, quando non punit illa. Contrariæ phraſes extant Pſal. 90. 8. 109. 14. 15. Jere. 16. 17. סתר eſt latitavit. Hinc dictus eſt Saturnus, quod latitaverit in Italia, quæ etiam eandem ob cauſam dicitur Latium. Ab hoc eodem themate quidam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

quidam derivant Græc. μυςήριον licet minus ſolide. Melius enim derivatur à Græco μύςης.

Verſ. 12. בְּרָא] Crea. Hæc vox variè uſurpatur. 1. Enim ſignificat ex nihilo facere aliquid ut ſit. Ex non Ente facere Ens, ut Gen. 1.1. 2. Facere aliquid ex materia jam creata. Vel ex aliquo novum & eximium aliquid producere, idque magnifice ut Gen. 1. 21. 27. Sic etiam Numer. 16. 30. Si בְּרִיאָה יִבְרָא creationem creaverit i. novi aliquid patraverit. Eſt autem Ellipſis vocis חֲדָשָׁה / Sic contra Jer. 31. 22. Dominus creavit novam ſcil. creationem i. aliquid eximii fecit. 3. Sumitur improprie, pro procreare, gignere Ezech. 21. 30. Pſal. 104. 31. Sic etiam Pſal. 102. 20. de quo infra. Et contra gignere pro creare Pſalm. 90. 2. Deut. 32. 18. ita ut hæc duo verba ſe mutuo explicent. Atque ſic etiam in aliis linguis. Horat. Fortes creantur fortibus. Cic. Quæritur uxor liberis creandis. Sic Chald. paraphr. pro eo quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Kohel. 4. 3. dicitur, Qui nondum fuit,
habet, qui nondum creatus eſt i. genitus,
natus. Sic Pſal. 2. 7. pro יְלִדְתִּיךָ in Chald.
eſt בְּרֵיתָךְ & ſup. verſ. 7. hoc eodem Pſal-
mo pro חוֹלָלְתִּי / habet, cogitavit pater
לְמִבְרֵא generare me, ita etiam Lxx. E-
zech. 21. 30. Ebræum ברא per γεννάω in-
terpretati ſunt. Et Sirach quater uſus
eſt verbo κτίζω, de ſapientia vid. cap. 4.
verſ. 8. & 24. verſ. 12. 14. Atque hinc
explicandus eſt locus Prov. 8. 22. prout
in verſione Lxx. ſonat; contra horren-
dum & deteſtabile Arianorum dogma.
Eruditi etiam affirmare non dubitant,
Siracidem locis prædictis, utroque oculo
ad hunc prov. reſpexiſſe. Verbum au-
tem ברא in phiel aſſumit plane contra-
riam ſignificationem, ſuccidit, præſcidit,
exſcidit. In Hiph. הברא denotat ſaginare
ex nomine derivato בריא.

רוּחַ נָכוֹן] Spiritum firmum. Vel Spiri-
tum firmiter præparatum. Chaldæus
רוּחַ מְכַוַּן בִּדְחַלְתָּךְ Spiritum rectum in timo-
re tuo. נָכוֹן eſt particip. Niph. à כון quod

ſignificat aptavit, diſpoſuit. Hoc Epitheton alibi tribuitur cordi Pſal. 57. 8. & 108. 2. 112. 7.

בְּקִרְבִּי] In medio mei. i. intra me h. e. in corde meo. Sic Pſal. 94. 19. Multæ cogitationes meæ בקרבי in medio mei i. corde meo. Sic, Dabo legem meam in medio veſtri i. corde veſtro. Chal. בְּגוּשְׁמִי in corpore meo. Græc. ἐν ἐγκάτοις μȣ. Dicitur autem cor eſſe in medio hominis, quia eſt intra illum. Omne enim quod eſt intra rem vel in re aliqua, phraſi Ebr. eſt in medio. Sic contra aliquid dicitur eſſe in corde alicujus rei, pro in medio ejus, Et id rurſus pro in re aliqua. Cor igitur & medium ſe invicem explicant. Ex hac etiam phraſiologia intelligitur, qua ratione ſecunda noctis vigilia vocatur media Jud. 7. 19. & quam ſolide inde quidam colligere voluerint, olim tres fuiſſe tantum vigilias noctis, refragante ipſa S. Scriptura Matth. 14. 25. Marc. 6. 48. Sed de eo prolixius infra.

Verſ. 13. מִלְּפָנֶיךָ] A facie tua. i. à præ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſentia, à cura tua. מ autem includit negationem idque cum Ellipſ. maxime ante nomina & adverbia. Ut מִמֶּלֶךְ ne (ſis) rex 1. Sam. 15: 22. ſic מלפניך i. ne amplius ſim ante faciem tuam. Quidam ita diſtinguunt inter מפני ſeu לפני & מלפני ut hoc præſupponat ſpecialem & peculiarem Dei præſentiam in certo aliquo loco, illud vero generalem & naturalem ubique. Sic Gen. 4. Cain & Jon. 1. Jonas dicitur exiiſſe מלפני יהוה / non autem מפני. Sed 1. Reg. 21. verſ. ult. confunduntur hæc duo. Pſalm. autem 114. 7. מלפני ponitur pro מפני.

רוּחַ קָדְשְׁךָ] Spiritum ſanctitatis tuum. Pronomen affixum non regitur à nomine ſanctitas, ſed à Spiritus. Similis conſtructio habetur Pſalm. 2. 6. Chald. רוּחַ נְבוּאַת קוּדְשָׁךְ Spiritum Propheticum ſanctitatis tuæ.

Verſ. 14 שְׂשׂוֹן יִשְׁעֶךָ] Gaudium ſalutis tuæ i. gaudium quod procedit ex ſalvatione, vel ſi hoc non ſatis latinum, liberatione mei à peccato. Chald. hæc ita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ἀγαφράζει אַתִיב לְוָתִי אוֹרַיְתָךְ לְמֵרוּץ בְּפֻרְקָנָךְ/
Converte legem tuam ad me, ut gaudeam in retentione tua. יֵשַׁע ſalus, ſalutare, σωτήριον vel σωτηρία, unde aliquando pro concreto ponitur, plane ut Luc. 1. σωτηρία pro σωτῆρος. Hinc יְשׁוּעָ & תְּשׁוּעָה inf. verſ. 16.

רוּחַ נְדִיבָה] Spiritus ſpontaneus. Alii Spiritum ingenuitatis. Sed obſervandum נדיבה eſſe adjectivum non ſubſtant. hoc enim eſt נְדָבָה Lxx. πνεύματι ἡγεμονικῷ, vulg. Spiritu principali. Et Luth. non male **der freudige geiſt.** Nam hæc vox eſt interdum Epitheton principum 1. Sam. 2. 8. Pſal. 47. 10. quo etiam Chriſtus alludit Luc. 22. 25. Per ſpontaneum autem Spiritum intelligit David Spiritum liberum à ſervitio peccati, qui alibi Spiritus adoptionis vocatur Rom. 8. 15. 16. Et vocatur Spontaneus, vel quod ſponte αὐτομάτως à Deo detur, vel quod ſpontaneos homines reddat ad obſequium Dei.

תִּסְמְכֵנִי] Poteſt eſſe & ſecundę perſonę maſcul.

maſcul. & 3. fœmin. ſed poſterius commodiorem reddit locutionem, Spiritus ſpontaneus ſuſtentet me. Nam ſecundum priorem oportet ſupplere præpoſitionem ב ante nomen Spiritus. Similis locus Pſal. 143. 10.

Verſ. 16. מִדָּמִים] à ſanguinibus. Intelligit autem homicidium perpetratum in effundendo ſanguinem Uriæ. Sic Chald. מִדִּין קְטוֹל à judicio interfectionis. דם autem multa ſignificat. Ac 1. ſanguinem ab אדם rubuit juxta quoſdam. Sic ſumitur Lev. 19. 16. & 17. 14. 2. Animam Pſal. 30. Quæ utilitas בְּדָמִי i. in anima mea, Kimchi. Metonymice enim ſanguis eſt anima, & quaſi vehiculum animæ i. vitæ qua vivimus. 3. Significat cœdem & quidem in plurali numero, idq; aliquando culpæ, aliquando pœnæ. Pſal. 5. איש דמים viri ſanguinum. Hoſ. 4. ſanguines attigerunt ſanguines. De culpa. Ezech. 38. 22. Contendam cum eo peſte וּבְדָם. De pœna. 4. Pro ſanguine menſtruo. 5. Pro omni eo quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſanguinem colore refert ſic Joel. 2. Sol vertetur in caliginem & Luna in ſanguinem. In Eclipſi Luna rubet, quia ejus lux cum umbra terræ miſcetur & rubedinem efficit. Sic Gen. 49. 11. Lavabit (Juda) in vino veſtes ſuas ובדם ענבים סותה/ Et in ſanguine uvarum operimentum ſuum. Sic 1. Mach. 6. 3. αἷμα σταφυλῆς. Ariſt. vocat vinum ſanguinem terræ.

תְּרַנֵּן] Cantabit, reſonabit cum ovatione, in ſignum lætitiæ, hoc enim communiter ſignificat vox Ebr. ideoque à Spir. S. reddita eſt per εὐφραίνεσθαι lætari, lætitia perfundi Rom. 15. 10. ex Deut. 32. 43. & Galat. 4. 27. ex Eſai. 54. 1. Lxx. ἀγαλλιάσεται. Chald. תַּבּוּעַ תֻּשְׁבַּחְתָּךְ ſtillabit laudem tuam. Interdum ſignificat hæc vox clamare præ triſtia i. ejulare. Pſalm. 84. 3. & 142. 7. Sonorus quoque jubilus in gratiarum actione & precibus uſitatus erat, Levit. 9. 24. 1. Reg. 8. 28. Pſal. 17. 1. & 118. 15. & 126. 2. & 33. 1.

צִדְקָתֶךָ] Juſtitiam tuam i. veracitatem in ſervandis promiſſis, ac nominatim in

ſervata

ſervata mihi promiſſione remiſſionis peccatorum per Nathanem annunciata. Alii benignitatem, clementiam, miſericordiam. 1. Sam. 12. 9. ut diſceptem vobiſcum de omnibus juſtitiis Domini. Sic quidam intelligunt hunc locum. Alii autem explicant de juſtitia diſtributiva. i. juſtis factis tam beneficiis ex promiſſionibus, quam ſuppliciis ex meritis veſtris. Clarior locus Mich. 6. 5. Ebræi dicunt צֶדֶק & צְדָקָה differre à חֶסֶד ut צַדִּיק ſit qui facit quod tenetur, חָסִיד qui facit quod non tenetur. Sed hoc Deo aptari non poteſt, videatur Pſal. 103. 17. Poſteriori ævo poſitum fuit pro Eleëmoſyna Dan. 4. 24. peccata tua בְּצִדְקָה פְרֻק & iniquitates tuas benefaciendo afflictis Vulg. Eleëmoſynis redime. Sed alii putant nullam eſſe neceſſitatem ibi exponi Eleëmoſynam, ideoque hic vertunt: Abrumpe peccata tua juſtitia q. d. plus ſatis hactenus peccaſti injuſtitia & inhumanitate, anticipa judicia ejus ſeria reſipiſcentia, abrumpe injuſtitiam & inhumanitatem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

nitatem, inſtitue aliter vitam tuam, diſrumpe vincula ſpiritualis tuæ captivitatis, perrumpe hunc carcerem vera fide & per bona opera. Clarior locus Matth. 6.1. Ubi optimæ notæ codices habent *δικαιοσύνην* i. *ἐλεημοσύνην*. Auguſt. dicit partem juſtitiæ eſſe opus, quod per Eleëmoſynam fit, quia pauperibus obſtricti ſumus. Atque huc quidam referunt illud Prov. 3. 27. ne prohibeas bonum à Dominis ejus. Salvianus etiam eleganter vocat pauperes, nummularios, h. e. argentarios ſeu trapezitas Dei.

Verſ. 17. שְׂפָתַי תִּפְתָּח] Labia mea aperias i. præbeas mihi his tuis beneficiis occaſionem animoſe & cordate nominis tui gloriam eloquendi. Sic etiam Pſal. 40. 4. Job. 11. 5. & 32. 20. Chald. addit בְּאוֹרַיְתָךְ in lege tua.

Verſ. 18. לֹא־תַחְפּוֹץ זֶבַח] Non delectaris ſacrificio. Rationem exponit ſententiæ prioris per prolepſin. Chald. addit קֻדְשִׁין ſancta. Intelligit autem Pſalmiſta ſacrificium expiatorium, ſive pro reatu.

זֶבַח ſignificat ſacrificium cruentum,quod erat vel ἱλαστικον vel εὐχαριστικον, ἱλαστικον vel holocauſtum vel pro peccato, vel pro delicto. Prout Levit. 7. verſ. 37. aliis 27. ſex ſpecies ſacrificiorum recenſentur. 1. עֹלָה holocauſtum. 2. מִנְחָה munus. 3. חַטָּאת pro peccato. 4. אָשָׁם pro reatu. 5. מִלּוּאִים de conſecrationibus. 6. זֶבַח הַשְּׁלָמִים ſacrificium Eucharisticum. Gen. 15. 9. recenſentur omnes ſpecies animalium, quæ ad ſacrificia adhibebantur, ſuntque numero quinque, nempe עֶגְלָה vitula עֵז capra אַיִל aries, eaque triennia תֹּר turtur. גּוֹזָל pullus columbarum. Ut obiter etiam hoc notem. זבח ſignificat etiam convivium 1. Sam. 16. & 20. verbum enim זבח ſignificat mactare, jugulare vel ad ſacrificium vel ad convivium. Sic etiam in N. T. Actor. 10. 13. ϖέτρε θῦσον Matth. 22. 4. Tauri & altilia mea τεθυμένα.

וְאֶתֵּנָה] Et darem, i. alias dediſſem, ut Græc. exponit ει ἐθέλησας θυσίαν ἔδωκα ἄν. Alii, ut dem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Verſ. 19. זִבְחֵי אֱלֹהִים] Sacrificia Dei. i. Deo placentia: per Genitiv. adjuncti occupati. Chald. ait קֻדְשַׁיָּא דֶאֱלָהָא ſancta Deo. Sic etiam Græc. *θυσία τῷ θεῷ.* Sic Joh. 6. 29. hoc eſt illud opus Dei ut credatis, &c. Fidem vocat opus conſiderando eam non ut habitum, ſed ut habitus effectum. Aliâs opus Dei phraſi communi id dicitur, quod à Deo efficitur, ut Genit. ſit efficientis.

רוּחַ נִשְׁבָּרָה] Spiritus fractus. Spiritus ſæpe idem ſignificat quod anima. Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Spiritus redit ad Deum &c. Ita & hic accipitur. Quo ſenſu etiam Chald. נַפְשָׁא מְתַבְּרָא / Ebræi tria ponunt in homine 1. נפש 2. רוח 3. נשמא. Pſal. 104. 30. תְּשַׁלַּח רוּחֲךָ / Emittes Spiritum tuum; ubi per Spiritum Dei quidam interpretes intelligunt, vigorem Dei quem emittit in faciem terræ; ut vocetur Spiritus Dei, quia à Deo procedit. Non poſſum me continere, quin & propter ſingularem elegantiam, & cum his Pſalmiſtæ verbis conve-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

convenientiam carmina quædam Græca, incerti authoris, dum videlicet à quibuſdam Philemoni, ab aliis Menandro attribuantur, hic aſcribam.

Εἴ τις δὲ θυσίαν προσφέρων ὦ πάμφιλε,
Ταύρων τι πλῆθος ἢ ἐρίφων, ἢ νὴ Δία
ἑτέρων τοιούτων, ἢ κατασκευάσματα,
Χρυσᾶς ποιήσας, ἤτοι πορφυρᾶς,
ἢ δι' ἐλέφαντος, ἢ σμαράγδου ζώδια,
Εὔνουν νομίζει τὸν θεὸν καθεστάναι,
Πλανᾶτ' ἐκεῖνος καὶ φρένας κούφας ἔχει.
ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρὼν,
ἕς ἔργοις δικαίοις ἥδεται, οὐκ ἀδίκοις.
Θεῷ δὲ θῦε διὰ τέλους δίκαιος ὢν
Μὴ λαμπρὸς ὢν χλαμύσιν: ὡς τῇ καρδίᾳ.

Quibus conſonant hæc Planti.

Hoc in animum ſceleſti inducunt ſuum,
Iovem placare ſe poſſe omnibus hoſtiis:
Et operam & ſumptum perdunt; atq; id ideo
Fit, quia nihil ei acceptum eſt à perjuriis.
Supplicii facilius, ſi quis pius eſt, à dis ſupplicans,
Quam qui ſceleſtus eſt, inveniet veniam ſibi.

Verſ.

Verſ.20. חוֹמוֹת יְרוּשָׁלָם] Muros Jeru-ſolymorum. Allegorice David cum labe murorum comparat populum Iſraëliticum quem gladio inimicorum expoſuerat, peccato ſuo Deum provocando. Ita quidam. יְרוּשָׁלָם / Errant qui diphthongum ponunt in ultima ſyllaba לָם / Ebręi enim omnino non habent diphthongos. Habent tamen quaſi diphthongos, ut הַיְשַׁר/הַיְצֵא/גֵו/גוֹי/פָּנַי/ At poſt hos nunquã ponitur conſonans. Quin & hoc inauditum ut ſub una conſona ponantur duo puncta & vocales. לָם igitur eſt diſſyllabum, eſtque defectiva ſcriptio, jod enim eliſum eſt. Quinquies plene ſcribitur. Loca autem defecta ex plenis judicari debent. Cauſam hujus diverſitatis hanc conjectant viri docti. Quod putant vetuſtius nomen fuiſſe Jeruſalem ſine jod, quam Jeruſalajim cum Jod. Porro hanc ſuam conjecturam firmant ex antiquo urbis nomine, unde hoc compoſitum eſt, ſalem, & conſtanti Scriptura ſine jod. Quam lectionem etiam Chald. Lxx. &

Scriptores

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Scriptores N. T. & Hieron. conſtanter retinuerunt. Poſterioribus autem temporibus etiam Jeruſalaim, dici cœpiſſe existimant, forte quod urbs quaſi gemina eſſet, ſuperior & inferior; indeque factum, ut plena Scriptura cum jod non inveniatur, niſi in libris circa vel ſub captivitate Babylonica ſcriptis, Ex. gr. Jer. 18. 26. 1. Chr. 3. 5. 2. Chr. 25. 1. 1. Chron. 26. 5. Eſther. 2. 6. Punctatores vero ut ubique eadem eſſet urbis appellatio, eorum ſæculo uſitata, ubique ejuſdem vocales ſubjeciſſe ſtatuunt. Inſuper addunt, hoc nomen cum ה paragogico quinquies occurrere & quidem quater ſine jod, at ſemel cum jod, idque in eodem libro Chronicorum, vid. 2. Chron. 32. 9. Cætera quatuor inveniuntur 1. Reg. 10. 2. 2. Reg. 9. 28. Eſa. 36. 2. Eſa. 8. 3. Quin & ex illis locis ubi jod adeſt, lectionem per Ai firmiter concludi non poſſe oſtendunt, quaſi ea ſcriptorum iſtorum ſæculo uſitata fuerit. Potuit enim illud vel vocalem e indicaſſe, vel in (¨) quieviſſe.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

viſſe. Ebræi ajunt vocem habere formam dualis numeri, quod urbs eſſet diviſa in duas partes, ſuperiorem & inferiorem. Illa pars fuit in monte Moria, ubi templum & arx Davidis. Item ubi Abraham voluit mactare filium ſuum. Geneſ. 22. 2. Et quia Dei providentia ibi manifeſtabatur, vocavit Abrah. locum illum יְהוָה יִרְאֶה Dominus providebit Gen. 22. 14. Illud יִרְאֶה præpoſitum priori nomini ſalem facit Jeruſalem. Nam cum civitas amplificata eſſet, occupatione montis Jireh ſive Moriah, inde cognominata eſt. In iſta ſuperiori parte habitabant ſacerdotes & Levitæ. 2. Mach. 4. vocatur Ἀκρόπολις & ἡ ἄνω πόλις alibi. Civitas Davidis 1. Mach. 1. Et Ἄκρα quod in modum arcis munita erat, ex Chaldaico חַקְרָא arx interpretamento מְצוּדָה. Inferior pars, alias ἡ κάτω πόλις dicta ad pedem montis ſita erat, ubi habitabat plebs, quæ ad ſacra palatia aſcendebat. Hæc fuit umbra duplicis ſtatus Eccleſiæ. Militantis, quæ in hac terreſtri Jeruſa-

lem, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

lem, & triumphantis quæ in cœleſti, ad quam nobis aſcendendum eſt. Quam allegoriam etiam ipſe Apoſtolus attingit Galat. 4. 25. 26. Cabaliſtæ per hanc formam dualem innui voluerunt duplicem illam Jeruſalem; Cœleſtem ἐπȣράνιον, & terreſtrem. Et addunt amplius, deletione literæ jod in hac voce, deletionem terreſtris Jeruſalem fuiſſe prænunciatam. Certe in Apocalypſi & ſcriptis propheticis paſſim, Sion & Jeruſalem pro cœlo.

Verſ. 21. אָז] Tunc, ſcil. cum populus tuus agnitis beneficiis te colet. Alii, qui κατὰ πόδα verba iſta de ædificatione murorum intelligunt, illud tunc, eò referunt hoc modo, Quandò locus eſt ædificatus quem elegiſti, tunc &c. Deus n. interdixerat populo in quolibet loco ſacrificia offerre Lev. 17. 5. 8. 9. Deut. 12. 11. 13. & promiſit ſe ſacrificia eorum in ſancto iſto monte accepturum Ezech. 20. 40. Ideoque Iſraelitæ in ſumma calamitate & afflictione erant conſtituti, cum muri Jeru-

ſalem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſalem eſſent diruti Neh. 1. 3. & graviter reprehenditur populi negligentia in ædificando domum Dei Hag. 1. 2. 4. 8. 9. & 2. 15.

זִבְחֵי צֶדֶק] Sacrificiis juſtitiæ. i. juſtis, legitimis, profectis ex fide, quæ tunc pro ritu ceremoniarum legalium offerebantur, nunc vero Spiritu offeruntur in Chriſto, ſic Pſalm. 4. 6. Chald. נִכְסַת קוּדְשִׁין דְזַכְוָתָא immolatione ſanctorum juſtitiæ.

כָּלִיל] Sacrificio prorſus conſumendo. Proprie ſignificat, perfectum, totum, integrum, à כלל complexus eſt. Poſtea accipitur pro Holocauſto. Differt tamen à עולה / id enim fiebat tantum ex beſtiis aut avibus, Lev. 1. כליל autem ex herbis ſeu vegetabilibus, & vocabatur ſacrificium cibarium atque prorſus conſumebatur igne. Communia vero holocauſta non item. Levit. 6. 20. 22. 23. Ex beſtiis etiam totum conſumebatur 1. Sam. 7. 9. Aben-Ezra hæc duo ita diſtinguit, ut עולה fuerit ſacrificium juge כליל ſacrificium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

cium ſacerdotis. At 1. Sam. 7. conjunguntur, ut nihil videatur inter eas eſſe diſcriminis. Hic tamen diſtingui videntur. Kimhi & alii (ו) ἐξηγητικῶς addi volũt.

יַעֲלוּ עַל־ מִזְבַּחֲךָ] Offerent ſuper altare tuum; ſub. pii. Ita quidam. In Ebraico eſt locutio imperſonalis, ac ſi diceret, Offerentur ſuper altare tuum juvenci. Intelligitur tamen de piis. Chald. ad ſacerdotes reſtringit, hoc modo; יַסְּקוּן־ כַּהֲנַיָּא עַל מַדְבְּחָךְ / Verba proprie ſonant: Facere aſcendere i. imponent ad mactandum. Vox עלה varie uſurpatur. Juncta cum ſacrificio, ſignificat offerre. Quando dicitur de plantis, arboribus, herbis: item de bello, lite & hujuſmodi, ſignificat creſcere 2. Reg. 22. 35. Pſal. 74. 23. De lumine, accendere Numer. 8. 3. Exod. 25. 37. Metaphorice vero ſignificat, perire, evaneſcere, Ezech. 11. 24. Jer. 48. 15. Pſal. 102. 25. Eſtque Metaphora ducta à fumo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ANALYSIS LOGICA Pſalmi 51.

PSalmus hic εὐκτικὸς eſt ſive precativus. Partes ejus principales duæ ſunt. In prima continetur precatio ſingularis: in ſecunda communis. Primo enim orat Pſalmiſta pro ſe, & potiſſimum duo. Prius peccati admiſſi remiſſionem, idq́ue tum verbis propriis verſ. 3. 6. 11. tum figuratis verſ. 3. 4. 9. 10. 11. Poſterius renovationem cordis ſui per Spiritum S. verſ. 12. 13. 14. Secundo orat pro totius Eccleſiæ conſervatione verſ. 20. Utramque etiam precationem ſuis rationibus & argumentis confirmat. Primam verſ. 3. 5. 6. 7. 8. 15. 16. 17. Secundam verſ. ultimo. Tempus & occaſionem hujus Pſalmi argumentum ipſum ſatis indicat, ut prolixius inquirere non ſit neceſſe.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ANALYSIS LEXICA Pſalmi 102.

VErſ. 1. ſive titul. תְּפִלָּה לְעָנִי] Precatio pro paupere: vel pauperis, ut ל ſit indicium genit. caſus. Vox Ebr. עָנִי ſignificat propriè afflictum, oppreſſum. Deinde accipitur abſtractivè pro afflictione, oppreſſione. Interdum jungitur cum pronomine אֲנִי / & conſtituit paranomaſiam haud ingratam Pſal. 23. 16. & 46. 18. & 69. 30. & 70. 6.

כִּי־יַעֲטֹף] Quando obruitur ſcil. metu, timore, dolore. Vox originalis ſignificat, operire, obtegere. Deinde transfertur ad animum, & Metaphor. uſurpatur ad ſignificandum anxietatem, qua animus veluti obtegitur, & deliquium patitur. Sic etiam Pſalm. 61. 3. & 77 4. & 107. 5. & 147. 4. & infra 143. 4. Thren. 2. 11. 12. 19. Jon. 2. 8. Chald. vertit per אִשְׁתַּלְהֵי deficiet. Gr. non uno modo transfert. Interdum enim vertit ἀκηδιάσῃ, ut hic, item Pſalm. 61. & infra 143. Interdum

ὠλιγόψυχησε Pſal. 77. 4. alias ἐξέλιπεν Pſal. 107. & 142.

יִשְׁפֹּךְ] Effundit. i. copioſe profert ex corde ſuo. Elegans Metaphora. Sic Pſal. 42. 5. dicit Pſalmiſta ſe effundere animam ſuam q. mœrore diffluentem. Ubi interpretes quidam notant; Effundere animam, eſſe laxatis dolori habenis, omnes ſemel affectus, omnem animi æſtum & q. ipſum cor effundere. Similiter Job. 30. 16. conqueritur animam ſuam, in ſemetipſum effundere ſe.

שִׂיחוֹ] Meditationem ſuam, ſive ſermonem ſuum. Supra enim dictum eſt, verbum שׂוּחַ / ut & alia ejus Synonyma complecti λόγον tam προφορικὸν quam ἐνδιάθετον. Priori modo hic uſurpatur. Chald. igitur vertit צְלוֹתֵיהּ / & Græc. δέησιν αὐτοῦ. Pſalmo 55. 3. occurrit hæc eadem vox, ſed cum affixo primæ perſonæ בְּשִׂיחִי in meditatione mea. Hoc v. Lxx. reddunt, ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου. Ex qua tranſlatione obſervandum, hoc vocabulum apud prophanos in malo, pro nugis &

ineptiis,

ineptiis, apud ſacros vero ſcriptores in bono ſenſu, pro jugi meditatione uſurpari. De argumento hujus Pſalmi, ex hoc titulo diverſimode ſentiunt interpretes. Quidam enim in genere applicant ad quoſlibet afflictos & gementes. Alii vero reſtringunt ad populum Judaicum, quaſi in ejus uſum ſcriptus eſſet, cum in captivitate Babylonica detineretur, cumque finis ejus inſtaret, & populus ſe ad reverſionem accingeret. Verum quamvis imprimis 70. annos exilii reſpiciat, ad quælibet tamen ærumnoſa tempora accommodari poteſt.

Verſ. 4. בְּעָשָׁן] In fumo, vel per fumum, proprie. Quia vero literæ ב & כ ut homogeneæ ſæpe inter ſe commutentur, utraque pro altera ponatur, ut conferatur 2. Sam. 5. 24. cum 1. Chron. 14. 15. hinc interpretes fere omnes, qua veteres, qua recentiores, verterunt comparative, ſicut fumus. Eadem Metaphora uſurpatur Pſal. 37. 20.

כְּמוֹקֵד] Variæ ſunt expoſitiones circa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

hanc vocem. Quidam enim vertunt, ſicut focus, i. locus in quo ignis ardet. Et ſic quoque Recens noſtra vernacula. Hi v. conferunt hunc locum cum Job. 30. 30. Chald. transfert הֵיךְ תַּפְיָן tanquam Chytropodes. Lxx. *φρύγιον*, ut quod frigitur. Quam vocem vulg. latina haud certe ineleganti, Cremium, expreſſit. Cremium autem eſt lignum aridum, ſeu alia res, quæ præ ſiccitate ignem facile concipit.

נִחָרוּ] Si vox præcedens reddatur, Focus, tunc hæc optime vertitur, ambuſta ſunt. Hoc enim foco proprie convenit, qui tantum amburitur. Si vero in præcedenti voce retineatur notatio Cremii juxta vulg. tunc hic optime adhibetur vox exuri, Exuſta ſunt. נִחָרוּ autem *ἀνομάλως* dicitur, pro נֶחָרוּ à themate חָרַר. Per oſſa autem quæ David hic conqueritur exuſta vel ambuſta eſſe, quidam intelligunt membra, Synecdochice. Sic Chald. וְאֵבָרַי.

Verſ. 5. הוּכָּה] Percuſſum eſt. Hæc

eſt tertia

eſt tertia ſimilitudo, qua utitur ad exaggerandam ſuam calamitatem, & miſeriam, atque deſumpta eſt ab herba ſeu gramine, quod à calore ſolis percutitur Amos 4. 9. Græc. vertit in prima perſ. ἐπλήγην percuſſus ſum. Hoc Genebr. per Hypozeugma defendere conatur. Nam cor, inquit, pro tota perſona in omnibus linguis ponitur. Præterea notanda eſt anomalia. הוּכָּה enim dicitur pro הֻכָּה / Eſt enim præt. Hoph. à נָכָה.

כִּי שָׁכַחְתִּי מֵאֲכֹל לַחְמִי] Quia oblitus ſum à comedendo, proprie, i. comedere panem meum i. cibum meum ſynecdochicè. Chald. applicat hæc verba ad panem animæ, vid. legem Dei, dum vertit אִתְנְשֵׁיתִי אוֹרַיְתָא אֱלָהָנִי. Vox לֶחֶם in Ebr. lingua, Complectitur omne quicquid nutrit hominem, ſive omnia eſculenta ut poma Jer. 11. 19. Lac Prov. 27. 27. Mel 1. Sam. 14. 29. etiam potum Pſal. 136. ubi tamen LXX. vertunt τροφὴν. Hinc quidam volunt etiam ſignificare carnem Pſalm. 78. 20. ex Job. 6. 7. Lev. 3. 11. &

22. 14. Num. 28. 2. & ex collatione Arabiſmi, ubi caro vocatur אל לחם. Pſal. 78. 25. jungitur hæc vox cum voce אַבִּירִים / quod quidam interpretantur de cœlo, alii de Angelis, ut Chald. intelligitur vero Manna. Thema eſt לָחַם cædere, incidere, vel ore & dentibus i. comedere, vel ore gladii i. pugnare. In qua tamen ſignificatione in Kal raro invenitur Pſal. 35. in Niphal autem eſt uſitatiſſimum. Cujus rationem Kimhi hanc dat, quod qui pugnant, verberant & vapulant. Quando hoc verbum conſtruitur cum אל & על / tunc ſignificat pugnare contra aliquem, quando cum עם vel ל pro aliquo.

Verſ. 6. לִבְשָׂרִי] Carni meę i. cuti meę per Synecd. ut Job. 19. 20. Ita alibi cutis ponitur pro carne, Job. 18. 13. Thren. 14. 8. Vox בָּשָׂר multas habet ſignificationes. I. Enim & proprie denotat Carnem. II. Corpus, ut, Erunt in unam carnem. III. Hominem & cum כל humanum genus Geneſ. 6. 12. Pſalm. 145. 21. & 65. 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Actor. 2. 17. Hinc Rabbinis periphraſis hominis eſt, caro & ſanguis. Sic & Matt. 16. Gal. 1. 16. Eccleſ. 14. 18. IV. Denotat rem imbecillem, & opponitur Spiritui Eſa. 31. 3. V. Vitioſitatem inhęrentem, & ita opponitur etiam Spiritui Rom. 5. 1. Cor. 15. 50. VI. Ponitur pro molli, tractabili, obſequenti. Ezech. 36. 26. VII. Pro cognato Gen. 37. 27. Jud. 9. 2. VIII. Pro membro virili Ezech. 23. 20. & 16. 26. Gen. 17. Caro præputii, per hypallag. pro præputium carnis. IX. Cum כל dicitur interdum de omnibus generibus animalium, maſculo & fœmina Geneſ. 7. & 8. Interdum piſcibus exceptis, ut in hiſtoria diluvii.

Verſ. 7. לִקְאַת] Non convenit inter interpretes, quæ ſit propria hujus vocis denotatio. Quidam enim reddunt Onocrotalum. Alii Plateam, quæ avis ſonoram & lamentabilem vocem edit. Conferatur cum Job. 30. 29. Alii vertunt Pelecanum, vel pellecanum vel pelicanum. Sic Græc. πελικᾶνι, & ex eo vulg.

 peli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

pelicano. Quamvis Levit. 11. 18. vertat onocrotalum. Huic interpretamento favere videtur Etymologia. קָאַת enim eſt à קוֹא vomuit. Jam vero Plinius teſtatur, illud Pelicano familiare eſſe, ut ſolidas conchas devoret, eaſque calore ventriculi concoctas poſtquam evomuit, carnem è teſtis ſeligat, & comedat. Ebræi etiam agnoſcunt quidem, de nomine ejus non conſtare, Sed illud certum eſſe, ſolere eam לְהָקִיא מַאֲכָלוֹ evomere cibum ſuum.

Verſ. 8. שָׁקַדְתִּי] Aſſiduus ſum. Ita quidam. Et vox Ebr. notat quidem interdum aſſiduitatem i. vigilantem attentionem. Sed cum hic ſit ſermo de vigilia involuntaria & moleſta, ideo alii putant, hanc ſignificationem hic minus quadrare, ſed potius cum Græc. & Vulg. vertendum, vigilavi. Ita etiam Chald. accepit hanc vocem, quod apparet ex verbis quæ addit, vid. tota nocte, שְׁקַדֵת כָּל לֵילְיָא Genebr. exiſtimat ſic etiam verti poſſe: ubi evigilavi factus ſum ſicut paſſer &c.

q. d.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

q. d. die non melius habui, neque levatum me ſenſi.

כְּצִפּוֹר בּוֹדֵד] Tanquam paſſer ſolitarius צִפּוֹר ſignificat quamlibet aviculam in genere, ſynecdochicè vero paſſerem. Solitarius autem vocatur paſſer, qui viduatus eſt compare, ac proinde triſtis, cum viduitatis propter ſalacitatem impatientiſſimus ſit. Quemadmodum autem hic ponitur tanquam nota ſummæ afflictionis, eſſe ſolum ab amicis, ita contra habetur pro magna benedictione Dei, eſſe ſolum ab inimicis Deut. 33. 28. Num. 23. 9. Jerem. 49. 41. Huc quidam referunt etiam illud Pſal. 4. ult. אַתָּה יְהֹוָה לְבָדָד לָבֶטַח תּוֹשִׁיבֵנִי / dum ſic vertunt tu Domine facis me habitare ſolum, i. in occulto, in ſolitudine, ſeparatum ab inimicis meis. Atque ita conjungunt לבדד cum ſequentibus, nulla habita ratione accentus Atnach. Et certe accentus iſti, ſæpe amittunt vim ſuam diſtinguendi in textu ſacro.

Verſ. 9. מְהוֹלָלַי] πολύσημον vocis reddit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

dit etiam interpretes hic diſſentientes inter ſeſe. Quum enim הלל ſignificet laudibus extollere, laudare, glorificare; Hinc quidam vertunt, laudantes me. Ita Lxx. & Vulg. & Genebr. explicat de fictis & ſimulatis amicis, qui ore laudabant, corde inſidiabantur. Sed ſciendum, iſtam ſignificationem in Phiel tantum habere locum. Si ergo ſcriptum fuiſſet מְהַלְלַי, tunc interpretatio iſta ſtare potuiſſet. Alii, gloriantur ſuper me. Sed iſtam ſignificationem aſſumit tantum in Hith. Tertia ergo expoſitio, & quæ huic formæ competit, eorum eſt, qui transferunt, inſanientes contra me. Et ſic Recens noſtra vernacula. Unum autem & idem thema הלל / licet in diverſis formis, ſignificat, & laudare & inſanire, propterea quod immoderate aliquid laudare, & imprimis ſeipſum, ſit inſania & ſtultitia. מְהוֹלָלַי, autem eſt partic. poël cum affixo, poſitum pro מְהוֹלְלִים עָלַי. Hoc verbum in Hithpoël ſignificat indecore ſe gerere, ſe inſanum ſimulare 1. Sam. 21. de

Davide,

Davide, ויתהולל & inſanum ſe gerebat in manibus ipſorum. Hoc Lxx. reddiderunt παρεφέρετο, interpretes eorum prætervehebatur, ferebatur. Sed hic notanda eſt Clar. Sixtini Amama p. m. obſervatio in Anti-Barbaro ſuo poſita, cedro certe digna. Ibi enim demonſtrat ex Budæo, Henr. Stephano & aliis, παραφέρεσθαι etiam dici mente captos, & παραφορὰ accipi pro furore, inſania, παράφορος pro inſano, cujus mens à ratione aberrat, deliro, & παραφόρως pro errabunda mente, inſane. Hinc porro aſſerere non dubitat Græcos interpretes aliorſum accepiſſe illud ſuum παρεφέρετο, quam eorum interpretes voluerunt, atque ita Græcis cum Ebræo pulchre convenire. Præterea oſtendit, in quantum errorem, magnus ille pater Auguſtinus inciderit, dum hoc non obſervarit, nec fontes ipſos conſulere potuerit. Is enim vulgarem hujus vocis, nempe ferendi, retinens, inſuperque vitioſum codicem, ubi pro ἐν ταῖς χερσὶν αὐλῶν, juxta textum Ebr.

ſcriptum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſcriptum eſt αὐτοῦ, ſequutus, cum nullum commodum ſenſum inde elici poſſe videret, ad allegoriam confugit, qua patres plerunque ad exemplum Alexandri M. pro gladio utuntur, ad hujuſmodi nodos q. Herculaneos, violenter ſecandos, cum ſolvere non poſſunt. Verba autem ejus ex Comment. ad Pſalm. 33. Ebr. 34. ab eodem μακαρίτῳ hæc citantur. *Ferebantur manibus ſuis. Hoc vero fratres quomodo fieri poſſit in homine quis intelligat? Quis enim portatur in manibus ſuis? Manibus aliorum poteſt portari homo, manibus ſuis nemo portatur. Quomodo intelligamus in David ſecundum literam non invenimus: at in Chriſto invenimus. Ferebatur n. Chriſtus in manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuum ait, Hoc eſt corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus ſuis.* Hæc, quin ita ex hac occaſione annotarem, prætermittere non potui. Ab הלל autem eſt הַלְלוּיָהּ Halleluja, & הִלּוּלִים Epithalamia. Unde lucem habet Pſalm. 78. 62. & virgines ejus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

לֹא הוּלָּלוּ non ſunt laudatæ i. Epithalamiis celebratæ.

בִּי נִשְׁבָּעוּ] Per me jurant i. de meo nomine faciunt juramenti & execrationis formulam, Sic Num. 5. 27. Eſai. 95. 15. Vel jurant per me i. per ærumnam & miſeriam meam. Sic Genebr. & Recens noſtra vernacula. Vel jurant per me i. cum jurant ſe alicui malefacturos, allegant meum exemplum, vid. ſe ita eum mulctaturos, quemadmodum me mulctarunt. Alii, Execrati ſunt me. Nam vox שְׁבוּעָ in locis ſupra citatis ſignificat execrationem. Alii, jurant contra me, i. conjurant & conſpirant contra me. Et hæc videtur commodiſſima explicatio. Chald. בְּמֵימְרִי קַיְמוּ מַגָּן in verbo meo jurarunt in vanum. Verbum autem נִשְׁבַּע oritur à שֶׁבַע ſeptem, quia jurare olim non ſolebant, niſi multis & idoneis adhibitis teſtibus. Septem vero uſurpatur ſæpiſſime pro multis; ut ſepties in die cadit juſtus. Item apprehendent ſeptem mulieres unum virum Eſa. 4. נִשְׁבַּע

autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

autem in Niph. forma paſſiva ideo dicitur, quod nemo jurare debeat niſi coactus. Latini etiam dicunt juratus eſt, Cic. ad Herenn. adeſſe non potuit, ut juratus fuerat.

Verſ. 10. אֵפֶר כַּלֶּחֶם אָכָלְתִּי] Cinerem tanquam panem comedo, i. panis loco, vel cum pane. Præ lacrymis non diſtinguo inter panem & cinerem. Alii putant eſſe hypallagen, pro panem ut cinerem, ut ſenſus ſit, comedo panem meum ſine guſtu & ſuavitate, ac ſi comederem cinerem. Reſpicit autem ad morem antiquum, quo veteres tempore luctus ſedebant in cinere, capiti etiam cineribus impoſitis.

וְשִׁקֻּוַי] Et potus meos. Eſt plural. cum affixo, ſimplex eſt שִׁקּוּיִם & anomalum. Singulare enim eſt שִׁקּוּי.

Verſ. 11. כִּי נְשָׂאתַנִי וַתַּשְׁלִיכֵנִי] Hæc verba dupliciter exponuntur. Quidam ſic interpretantur, quia ſuſtuliſti me & abjeciſti vel projeciſti me, i. magna vi & impetu me ſublatum, in terram projeciſti:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

jeciſti: ut qui aliquod pondus alte extollit, deinde graviter ad terram affligit, ut ſit locutio metaphorica. Alii, Quia extuliſti me & abjeciſti me, i. quum antea extuliſti me ad ſummam dignitatem, nunc in ſummam calamitatem abjeciſti.

Verſ. 13. לְעוֹלָם] In ſæculum. Vox Ebr. tam ſine quam cum præfixo, ut hic, poſita dicitur & de tempore finito ſeu determinato, ut Exod. 21. 6. Serviet ei לְעוֹלָם in perpetuum, i. e. uſq; ad annum jubilæum. Et de infinito ſeu æternitate, ut hic item Geneſ. 21. 35. & paſſim alibi. Quando jungitur cum particula negativa לא præcedente, tunc ſignificat vel perpetuo, ſemper, vel unquam Pſal. 9. & 112. 6. & 30. 7. & 55. 23. Sic etiam in N. T. Joh. 8. 51. 52. & 13. 8. Marc. 3. 29. qui conferatur cum Matth. 12. 32. Apud Rabbinos vero עולם ſignificat etiam mundum. Atque ſic acceperunt Chald. & Lxx. eam vocem Pſalm. 66. 7. מֹשֵׁל בִּגְבוּרָתוֹ עוֹלָם pro לְעוֹלָם / dum ille vertit עַל עָלְמָא: hi τῷ δεσπόζοντι ἐν τῇ δυναστείᾳ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

αὐτȣ͂ τȣ͂ αἰῶνος, qui dominatur in virtute ſua ſæculo i. mundo: quemadmodum Apoſt. Heb. 1. 2. utitur ea voce; per quem ſubint. Chriſtum ἔκτισε τȣ̀ς αἰῶνας i. τὸν αἰῶνα per Enallag. numeri juxta quoſdam, hoc eſt κοσμὸν. Alii vero exiſtimant Apoſtolum loqui in plurali num. reſpiciendo ad duos mundos, inferiorem nempe & ſuperiorem i. cœlum & terram. עולם autem deſcendit à themate עָלַם latuit. Unde etiam eſt vox עֲלָמוֹת Pſal. 46. 1. quod Lxx. reddunt ὑπὲρ κρυφίων pro occultis, arcanis. Sed nomen hujus formæ, in ea ſignificatione non reperitur. Alii igitur ad vocem virginum i. Pſalmus canendus acuta voce, ſuperiori vel alto, quam virgines optime exprimunt. Sic 1. Chron. 15. 20. dicuntur quidam conſtituti, ut canerent בִּנְבָלִים עַל עֲלָמוֹת. Vox hæc ſepties in Scriptura extat, & ubique ſignificat virginem incorruptam, excepto loco Prov. 30. ubi ſignificat fœminam corruptam, virginitatem tamen adhuc profitentem. Virgines autem ita dictæ

ſunt,

ſunt, à latitando, quia ſic educabantur olim, ut domi ſemper deliteſcerent, raro aut nunquam, niſi neceſſitate, aut cultus divini ratione id exigente, in publicum prodeuntes. Unde etiam periphraſis meretricis, apud Chaldæos eſt, נָפְקַת בָּרָא prodiens foras.

תֵּשֵׁב] Sedebis, pro ſedes per Enallag. i. permanes. Ita quoque Græc. μένεις. Atque ſic uſurpatur hoc verbum ישב Gen. 27. 44. vel 46. 1. Sam. 1. 22. Ita ſeſſio & ſtatio uſurpantur etiam ſæpe, pro certa & firma permanſione. Chald. plenioris expoſitionis ergo addit, בִּשְׁמַיָּא in cœlis. Sedere aliâs in S. Scriptura aliquis dicitur majoris eminentiæ & dignitatis cauſa. Ita judices ſedebant 1. Reg. 1. Pſalm. 9. Exod. 11. Unde יֹשְׁבִים pro judicibus Ruth. 4. Prov. 31. Sic etiam in N. T. Chriſtus dicitur paſſim ſediſſe, & contra diſcipuli ejus ſtetiſſe. Sic olim ſummi ſacerdotes & ſeniores ſedebant. Doctores etiam dicuntur ſedere Matth. 23.

זִכְרְךָ] Memoriale tuum, vel recordatio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

datio tui. Ita Pſal. 135. 13. ex Exod. 3. 15. Interpretes intelligunt hoc de promiſſione Dei, qua fit ut populus ejus recordetur ejus.

לְדֹר וָדֹר] In generationem & generationem. Repetitio vocis gemina, intercedente Vau, aliquando ſignificat multiplicationem, ut hoc loco. Eſt vero Ellipſ. τῶ כל. Aliquando diverſitatem, ut loqui corde & corde Prov. 20. דור autem ſignificat interdum homines ſimili ingenio præditos Pſal. 14. & 24. Generatio quærentium te. Item Pſal. 73. 15. Prov. 3. ſic in N. T. γενεὰ progenies prava, perverſa, adultera.

Verſ. 14. לְחֶנְנָהּ] Gratia proſequendi eam, vid. Jeruſalem. Id liquet ex affixo fœm. gen. Nam ſi ad Sionem referretur, oporteret eſſe gener. maſcul. Ita affixa ſæpe non ad proximum, ſed ad remotius referuntur. Exempla infra ad Pſal. 65. adducta invenientur. לְחֶנְנָהּ autem dicitur pro לְחַנְּנָהּ / Eſt enim infin. Phiel cum affixo.

מוֹעֵד] Statum tempus. Vox Ebr. quatuor ſignificat. I. In genere tempus condictum Gen. 17. II. In ſpecie dicitur de temporibus anni, æſtate & hyeme. Gen. 1. de menſibus Pſal. 104. de feſtis & ſolennitatibus, quæ certis temporibus celebrabantur, Thren. 1. 4. III. De loco conventus ordinario, ut de ſanctuario vel tabernaculo, quod propterea ſemper fere vocatur אֹהֶל מוֹעֵד Exod. 33. Hinc etiam poëtice ſepulcrum nominatur domus מוֹעֵד Job. 30. IV. Denotat ipſum conventum hominum Num. 16. Hic autem ponitur in prima ſignificatione. Pſalmiſta autem videtur reſpicere ad Jere. 29. 10. ubi promittitur liberatio poſt annos 70.

Verſ. 15. עֲבָדֶיךָ] Servi tui i. populus tuus, vid. Judæi. Ita quidam. Alii de Cyro & Dario interpretantur; atque hoc dici exiſtimant: ipſos jam hoſtes, in quorum manu ſint, mutatis animis, conditionem captorum miſerari incipere, neque patriam amplius illis invidere. In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

voce Ebr. autem obſervandum, quod licet propria ejus ſignificatio ſit ſervus, δȣλ@, tamen quia נער cujus propria notatio eſt παῖς puer, ſumitur etiam pro ſervo & miniſtro in S. Scriptura Eſa. 37. Matth. 14. Act. 4. inde accidere, ut interpretamentum unius, ejuſque propriæ ſignificationis, ſæpe ponatur pro alterius vid. παῖς pro δȣλω: quod fit dum Græc. interpretes vocem עבד ſæpe exprimant per παῖς Gen. 32. 4. Pſal. 69. 18. Eſa. 37. Thema eſt עָבַד ſervivit. Quando vero conſtruitur cum ב ſignificat, ſervitutem exigere cum ſævitia Exod. 1. 14. Jere. 22. 13. & 30. 8.

רָצוּ אֶת־אֲבָנֶיהָ] delectantur lapidibus ejus ſcil. Hieruſolymæ. Hic rurſus eſt affixum fœm. Poteſt etiam verti, bene affecti ſunt erga lapides vel benevolentia proſequuntur lapides, licet disjectos, ut Neh. 2. 13. & 4. 2. Zach. 1. 12. B. Luth. ſenſum potius quam verba retinere cupiens verſum hunc non tam interpretatur quam παραφράζει, hoc modo: Servi tui ex-

tui expetunt ut ædificetur, optantque ut lapides & *calx* (ita vocat pulverem) ejus præparentur. Vox רָצוֹ eſt à themate רָצָה velle cum deſiderio, delectari, approbare. Conſtruitur autem communitur cum את & ב. Semel vero cum עִם Pſal. 50. 18. Si videbas furem וַתִּרֶץ עִמּוֹ & volebas cum eo i. approbabas eum, vel in furtum conſentiebas. Verum omnes veteres interpretes qui ſine punctis legerunt, vertunt in ſignificatione currendi. Sic Chald. Lxx. Vulg. legerunt enim תָּרָץ. Recentiores vero & qui cum punctis legerunt, retinuerunt ſignificationem, acquieſcendi, oblectandi. Unus tamen inventus eſt ſententiæ veterum accedere, qui inſuper aſſerere non dubitat, vocem corruptam eſſe, & pro תִּרֶץ ponendum תָּרָץ: quod certe probari nullo modo poteſt. Nam quod ad hanc conſtructionem attinet, quæ ſola eum ad hoc ſtatuendum movit; ſciendum, ejuſmodi conſtructiones, etſi raræ ſint, non tamen prorſus inſolitas eſſe in S. li-

 teris,

teris. תֵּרֶץ autem ut & hoc obiter addam, per apocop. dictum eſt pro תֵּרָצֶה.

Verſ. 16. גוֹיִם] Gentes. Vox Ebr. interdum ſtricte ſumitur pro Ethnicis, ita ut contradiſtinguatur Judæis: ſicut in N. T. ἔθνη Rom. 3. 29. & κατ' ἐξοχὴν, ἕλληνες Rom. 1. 16. quod fuit ampliſſima & celeberrima gens. Interdum uſurpatur late, ita ut & ipſos Judæos comprehendat Joſ. 4. 1. Ezech. 2. 3. Gen. 17. Exod. 19. 6. Hoc Judæi hodierni ignorare videntur, aliâs enim non ita abuterentur ea voce, ut faciunt, dum quoties Chriſtianum nominare volunt, per contemptum vocent גוֹי virum ſcilicet, fœminam vero voce inde ficta גויה. Obſervetur & hoc, גוֹיִם eſt contractum pro גוֹיִים.

מַלְכֵי] Reges. Eſt plurale conſtructum. Simplex eſt מְלָכִים à ſing. מֶלֶךְ/ & deſcendit ex מָלַךְ quod proprie ſignificat, conſuluit, conſultavit conſilio valuit. Quæ quidem ſignificatio hodie exolevit, ſed veſtigia ejus relicta ſunt in Chald. lingua. Imò invenitur etiam Nehem. 5. 4. in ea ſignifi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſignificatione. Hinc Prov 16.10. dicitur, quod קֶסֶם divinatio debet eſſe in ore Regis.

Verſ.18. הָעַרְעָר] Admodum diſſentiunt interpretes circa hanc vocem. Ex Ebręis enim quidam exiſtimant ſignificare, vociferantis, clamantis, ex ſignificatione יעוערו Eſa. 15. 5. quod eſt ex עור pro יעוררו. Alii dicunt eſſe nomen plantæ. Sed & hi diſſentiunt. Quidam enim volunt eſſe Myricam: ſic Pagnin. ſecutus Aben-Ezram, qui huc citat locum Jer. 17. 6. Alii juniperum. Alii genus complectens omne virgultum humile. R. Kimhi contra ait, eſſe arborem magnam in deſerto. Anonymus quidam vult eſſe cicadam, animal æſtivum. Alii putant verti poſſe, deſtructi, diruti,, à ערר ex Jerem. 51. 58. Ultima ſententia eſt illorum, qui vertunt, Nudatiſſimi ſc. populi, vel hominis; ut ponatur collective pro omnibus piis, qui plerunque hic calamitoſi & abjecti ſunt. Nudatiſſimi autem i. derelicti ab omni auxilio & ope: ut ſit à ערה nudari,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

duabus primis geminatis לְיִתְרוֹן הַלָּשׁוֹן ad auxêſin ſententiæ, ut loquitur Aben-Ezr. In hunc ſenſum etiam Chal. דִמְצַתְּרָין deſolatorum. Et ſic etiam B. Luth. & Recens noſtra vernacula.

Verſ. 19. תִּכָּתֵב] Scribetur, aut ſcribatur, vid. in memoriam ætati poſteriori, ut Exod. 17. 14. Deut. 31. 19. 21. Hoc a. docet, hanc eſſe prophetiam pro noſtro tempore.

וְעַם נִבְרָא] Et populus creatus, i. reſtauratus, renovatus ut Pſal. 107. 30. Eſa. 65. 18. Sic etiam Eph. 2. 10. Conditi in Chriſto Jeſu ad bona opera. Ita Pſalm. 22. 32. populus נוֹלָד natus. De quo tamen alii aliter ſentiunt, ut ſupra ad Pſalm. 51. prolixe dictum eſt.

Verſ. 20. הִשְׁקִיף] Aſpexit, proſpexit. In Kal non eſt in uſu, tantummodo in Niph. & Hiph. Hinc eſt vox מַשְׁקוֹף Exo. 12. 7. quod plurimi interpretes reddiderunt ſuperliminare, & intelligunt lignum illud tranſverſarium in janua, cum potius videatur ſignificare, feneſtram ſupra

oſtium,

oſtium, per quam aſpicitur, quis oſtium pulſet, ut Clariſſ. Druſius annotat. Ægyptiorum enim ædes ita erant extructę, ut ſupra oſtium feneſtella quædam eſſet, per quam proſpicerent, ſi quis pulſaret oſtium. Et ejuſmodi feneſtra poteſt optime vocari, ſuperliminare: erat n. ſupra limen ſuperius.

מִמְּרוֹם קָדְשׁוֹ] Ex altitudine ſanctitatis ſua. i. ex altitudine ſua ſancta. Senſus eſt, ex cœlo, ut mox etiam ſequitur. Deſumptum eſt ex Deut. 26. 15.

מִשָּׁמַיִם] Ex cœlis. Hic explicatur prior phraſis, &c. Ebraicum autem eſt nomen cum præfixa propoſitione, & habet formam dualis numeri, ſed Euangeliſtæ id exprimunt indifferenter nunc in plurali nunc in ſing. ut ubi Matth. 5. 12. dicit cœlis, Luc. 6. 23. in cœlo merces veſtra magna eſt. Interdum hæc vox cum altera formæ conſtructæ conjungitur, hoc modo, שמי שמים. Hujus copulationis nihil intereſſe quidam putant, nec majorem ei quam שמים abſolute poſitæ,

poſitæ, Emphaſin ineſſe. His vero alii objiciunt loca Deut. 10. 14. 1. Reg. 8. 27. Pſalm. 148. 4. In Sacra Scriptura autem tres cœli memorantur. I. Aëreum i. totum expanſum ſuper faciem terræ, omnes aëris regiones comprehendens. Gen. 1. 17. Hinc Pſal. 8. 9. Matth. 13. 32. Aves cœli. Ventus cœli Dan. 7. 13. Ros cœli Dan. 4. 12. II. Siderium ſive ſtelliferum, & intelligitur regio ſuperior, ubi Sol & ſtellæ ſunt Gen. 1. 17. Atque hos duos cœlos voce השמים innui quidam exiſtimant. Tertium eſt ſuprema regio, ubi Angeli habitant, (& Deus ipſe eſſe dicitur) Matth. 6. 9. & 24. 36. & apud Apoſtolum, tertium cœlum appellatur. Id vero שמי השמים vocari, ſtatuitur. Vox autem שמים interdum etiam ponitur pro ipſo Deo, Dan. 4. 23. Sic Matth. 21. 25. E cœlo id eſt à Deo an ab hominibus. Sermo eſt de Baptiſmo Johannis. Luc. 15. 18. De Etymologia vocis non eſt eadem authorum ſententia. Buxtorfius in ſuo Lexico tres recenſet, ut ſit compoſita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

poſita vel à שם illic & מים aquæ, ſcilicet ſubſiſtunt. Vel à שאה quod in Hithph. ſtupere ſignificat & מים aquæ, quod ſtupendo modo aquæ illic hæreant, ſive quod homines obſtupeſcant de ejus opificio: vel ab אש ignis & מים / quod iſta duo elementa ibi inveniantur. Hiſce autem tribus opinionibus quarta accedit, nempe eorum qui deducunt à שמם/ quod ſignificat obſtupeſcere, admirari, quia cœlum revera eſt ſtupendum & admirandum quoddam Dei ſpeculum, in quo ejus potentia, ſapientia & bonitas potiſſimum elucet ac reſplendet. Atque hæc omnium optima videtur.

Verſ. 21. אָסִיר] Vincti. Eſt nomen habens ſignificationem præt. partic. paul, qualia ſunt quædam alia. Et iſtæ formæ videntur compoſitæ eſſe ex lingua Chal. & Ebræa. Sic Græca in τος ſæpe habent ſignificationem part. præt. paſſ. ut, εὐλογητὸς, κλητὸς, ἐκλεκτὸς.

בְּנֵי תְמוּתָה] Filios mortis i. qui morti deſtinati erant, ut ſit genitivus finis. Eadem

dem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

dem locutio occurrit Pſal. 79. 11. Talis etiam genitiv. eſt in illo Pſal. 44. 23. reputati ſumus כְּצֹאן טִבְחָה / tanquam oves mactationis, quem Apoſt. etiam expreſſit Roman. 8. Huc vulgo refertur illud Joh. 17. 12. *υἱὸς ἀπωλείας*, filius perditionis. Sed probabilior eorum ſententia videtur, qui putant eſſe genitivum adjuncti, ut filius perditus intelligatur, quomodo filius contumax, filius contumaciȩ in Ebr. ling. vocatur. Lxx. vertunt hic *τοὺς υἱοὺς, τῶν τεθανατωμένων*, filios interemptorum, ut vulg. tranſponit. Ex hac verſione, variæ alienæ interpretationes apud commentatores ortæ ſunt, quas hic recenſere, nimis prolixum eſſet. De ipſa Lxx. verſione, pauca quædam, ex præceptore meo Sixtino Amama p. m. monebo. Is vero docet interpretes illos, modo duo obſerventur, ab Ebræo textu non diſcrepare. I. autem obſervandum, filios *τεθανατωμένων* eſſe ipſos *τεθανατωμένους*, ex phraſeologia Ebr. qua, filius hominis eſt ipſe homo. Ita filii hominum

Marc.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Marc. 3. ſunt homines, filii Gigantum, Num. 13. Gigantes. Ita Græci υἱὲς ἀχαίων, & Latini, filii medicorum. 11. Obſervandum, τοὺς τεθανατωμένους eſſe interficiendos. Quia participia illa paſſiva, ſępe talem induunt ſignificationem, qualem latinorum nomina in *bilis* & *dus* exeuntia. Ita נִלְעָג ſubſannabilis, נִבְזֶה contemptibilis, נֶחְמָד deſiderabilis, מְהֻלָּל laudandus Pſal. 18. 4. Huc refertur etiam ab eodem, locus Pauli ad Galatas 2. 11. Erat enim κατεγνωσμένος id eſt condemnandus ex merito, condemnabilis, condemnatione dignus, ἐπιμεμφὴς vel ἐπιμεμπτὸς. Quomodo Cicero in Piſonem, *Quis te miſerior, quis te damnatior.*

Verſ. 24. עִנָּה בַדֶּרֶךְ כֹּחִי] Afflixit in via vires meas. Interpretes addunt voculam, quidem, Afflixit quidem &c. Per viam quidam intelligunt, curſum vitæ ex Pſal. 2. 12. Et putant Davidem reſpicere ad afflictionem Iſraëlitarum, in via qua Deus duxit eos per deſertum Deut. 8. 2, 3. Alii viam per quam Iſraeli eundum

erat in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

erat in Babyloniam. Chaldæ. אִסְתְּנַף מִטָּרְחָא דְאוֹרַח חֵילִי afflicta eſt ob laborem itineris virtus mea. Vox דרך varie uſurpatur. Denotat enim certam rationem vitæ inſtituendæ ac gubernandæ. Sumitur etiam pro more & conſuetudine Geneſ. 31. 35. juncta cum כל־ ארץ pro venere Geneſ. 19. 31. pro morte Joſ. 23. 14. Cum עולם. ponitur pro viis antiquis & optimis Jere. 6. 16. Hæc eadem phraſis, occurrit etiam in Pſal. 139. verſ. ult. verba ſic ſonant נְחֵנִי בְּדֶרֶךְ עוֹלָם / Duc me per viam ſeculi. Hoc quidam exponunt tanquam imprecationem, & per viam ſeculi intelligunt mortem temporalem. Alii vero tanquam votum, & intelligunt viam quæ durat in ſeculum, i. ipſam pietatem. Et ſic etiam recens noſtra vernacula. Alii ex loco Jere. ſupra citato, exponunt de viis antiquis.

קִצַּר יָמָי] Abbreviavit dies meos, i. dies ſeu tempus vitę meę. A themate קצר cujus phiel hic extat. Hinc קָצִיר meſſis & ramus ab amputando. Græcus inter-

pres

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

pres & eum ſequutus Vulg. hunc verſum corruperunt. i. enim pro עִנָּה legerunt עָנָה reſpondit, pro כֹּחִי robur meum כחו robur ejus pro קִצַּר abbreviavit קֹצֶר paucitatem. Deinde ſequentem verſiculum qui in fontibus per ſe eſt diſtinctus, cum hoc conferruminarunt, ejuſque ſenſum plane perverterunt, commutando, אמַר אֵלִי / Dico Deus mi; in אֱמֹר אֵלָי indica mihi.

Verſ. 25. אַל־תַּעֲלֵנִי] Ne auferas me ſc. ex hac vita. Ad verbum, Ne facias me aſcendere. Sic Joh. 12. 32. Chriſtus verba faciens de morte ſua, inquit, ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, quando elatus, vel exaltatus fuero de terra; ſcilic. per crucifixionem. Quamvis alii aliter. Lxx. μὴ ἀναγάγῃς με. Ne revoces me. Chald Addit לָא תְסַלְּקִנַּנִי מֵעָלְמָא הָדֵין יָתִי לְעָלְמָא דְאָתֵי / Ne tollas me de mundo iſto, adduc me ad mundum venturum.

בַּחֲצִי יָמָי] In dimidio dierum meorum, i. caſu præpropero & præveniente nos, priuſquam tempus promiſſionum tuarum

rum evenerit. Genebr. dicit, non negligendam eſſe eorum explanationem, quibus dimidium dierum deſignat, juveniles virileſque annos, q. d. Ne me tollas in florente ætate, quo tempore ſim immerſus voluptatibus vel curis ſæculi. Duę enim ætates ſunt morti commodiores ad ſalutis ſtatum, pueritia & ſenectus, ut magis piæ & innoxiæ. Hæc ille.

Verſ. 26. לְפָנִים] Jam olim. Ebr. ſecundum faciem i. antea. Senſus eſt ab initio ut Hebr. 1. 10. habetur, ubi quæ hic de Deo dicuntur, applicantur ad Chriſtum, ad Divinitatem ejus probandum. Chald. מִן שֵׁירוּיָא דְאִתְבְּרִין כָּל בִּרְיָתָא. A principio cum crearentur omnes creaturæ. Interdum vox פנים jungitur cum præpoſitione אֶל Gen. 32. 30. & tunc ſignificat, Facie ad faciem. *πρόσωπον πρὸς πρόσωπον*, ut redditur 1. Cor. 13. 12. Deut. verſ. 7. 10. אֶל־פָּנָיו] Contendunt interpretes, quid ea phraſis ſibi velit. Clariſſ. a. Sixtinus Amama in ſua Cenſura Palæmonem ſe interponit, dicens, ſibi hanc

inter-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

interpretationem præ cæteris placere, ut affixum in פניו referatur ad ipſum oſorem, hoc ſenſu, Contra ipſum Deus reflectit ſcelus ejus, & odium & quidem publice. Adducit præterea Oleaſtrum vertentem; in faciem i. publice aut ſine timore, aut opponens ſe ei. Atque ita juxta ejus ſententiam, phraſis erit plane ſimilis ei, quæ extat in N. T. Galat. 2. 11. κατὰ πρόσωπον, de qua extitit memorabilis illa, nec minus vehemens contentio q. Etheoclea, inter duos iſtos patres, Hieronymum & Auguſtinum quam de voce קִיקָיוֹן Jon. 4. 6.

Verſ. 27. יֹאבֵדוּ] Peribunt, ſc. ratione qualitatum non ſubſtantiæ 2. Pet. 3. ſenſus, mutabuntur ad novitatem majoris gloriæ. Cœli enim & terræ futura eſt mutatio, non vero in totum abolitio. 2. Pet. 3. Rom. 8. Hebr. 13. Sic Genebr. præterea annotat ex R. David, quoſdam intelligere de ſimplici interitu: alios ſubaudire, ſuapte natura, vel, ſi velis ô Deus. Expendant Theologi. Vox Ebraica eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

futur. 2. Kal. plural. num. tertiæ perſ. ab אבד periit. Et ſumitur interdum pro æterno exitio Job. 4. Aliquando pro morte tantum. Eſa. 57. 1. Hinc eſt partic. אֹבֵד periens, perditus: item miſer, calamitoſus. Atque in hac poſteriori ſignificatione explicanda eſt hæc vox Deut. 26. 5. & Prov. 31. 6.

תַּעֲמֹד] Stabis i. permanes, ut Græc. expreſſit Hebr. 1. 11. Atque ita uſurpatur etiam hoc verbum, Pſal. 19. 10. Ezech. 17. 14. thema eſt עמד ſtare. Hinc eſt מָעֳמָד Pſal. 69. 3. quod eſt particip. Hoph. poſitum pro nomine, & ſignificat ſtationem, locum conſiſtendi. Hoc cum aliis aliquanto durius videretur, putarunt puncta mutanda eſſe, & ſcribendum מַעֲמָד quod abſque dubio eſt nomen. Sed non eſt opus; Ecce enim ſimile exemplum Malach. 1. 11. מֻקְטָר / quod eſt & formæ partic. Hoph. & habet ſignificationem nominis. Vox מעמד bis tantum occurrit videlicet hoc loco & 1. Reg. 22. 35. ubi tamen retinet propriam ſignificationem,

nempe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

nempe participii. Quemadmodum autem aliquis interdum ſedere dicitur majoris eminentiæ gratia, ut ſupra ad verſ. 14. annotavi, ita contra ſtare interdum dicitur majoris humilitatis cauſa. Sic ſtare dicitur pro miniſtrare, Pſal. 135. & 15. Act. 2. & 13. 16. Sueton. Ad vinum & Cyathum ſtare. Sic etiam ſtare coram aliquo, eodem ſenſu. 1. Reg. 1. 2. & 10. 8. Gen. 41. Num. 4. Luc. 1. 9. Hinc Pſal. 41. 13. וַתַּצִּיבֵנִי / Et ſtatuiſti me i. miniſtrare feciſti. In Auditione verbi divini & cultu Dei, ſtabatur etiam Joſ. 3. 20. Hinc variæ locutiones : Et ſtabat & ſurrexit.

כַּבֶּגֶד] Sicut veſtis. כ nota ſimilitudinis habet (-) ſequenti dages quia includit Articulum ה. בֶּגֶד vero proprie denotat prævaricationem, perfidiam, Eſa. 24. 26. Jere. 12. 1. poſtea veſtem tanquam prævaricationis ſignum & memoriale. Thema enim eſt בגד perfide agere. Quod ductum eſt à conjugibus, qui perfide fidem conjugalem violant, ſive ante ſive poſt nuptias, ſi alterutra pars fidem da-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

tam fallat. Unde etiam ad Religionis negotium refertur. Cultus enim Dei & Religio eſt quaſi matrimoniale fœdus quod qui tranſgreditur, ſcortari dicitur in S. lingua.

תַּחֲלִיפֵם וְיַחֲלֹפוּ] Mutabis ea atque mutabuntur. Hactenus Apoſtolus in Epiſtola ad Hebr. 1. optime convenit cum textu Ebraico; hic vero ab eo procul diſcedit, hæc verba cum Lxx. interpretibus reddens ἑλίξεις αὐτοὺς καὶ ἀλλαγήσονται. Circumvolves eos ſcilicet cœlos & mutabuntur. Quod licet quidam ſic conciliare conentur; Circumvolvendo, mutabis, propterea quod cœli, quando ſunt mutati, circumvolventur inſtar libri, ut dicitur Eſa. 34. 4. tamen illa conciliatio hic non quadrat, in Ebr. enim nihil eſt, quod habeat ſignificationem circumvolvendi. Videtur ergo potius mendum eſſe & Lxx. ſcripſiſſe ἀλλάξεις. Hoc partim patet ex ſequenti ἀλλαγήσονται, nam cum vox Ebr. ſit una & eadem, quæ eſſet ratio, ut aliter in uno loco exponeret quam

in al-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

in altero? partim etiam conjecturæ iſti robur addit Vulg. interpres, Qui cum alias preſſiſſime inſiſtat veſtigiis 70. hic tamen vertit mutabis eos. Genebrardus certe hic non audet ſuſcipere patrocinium, Lxx. quod tamen acriter fecit ad verſ. 24. ſunt etiam docti viri, qui teſtantur ſe vidiſſe codices N. T. in quibus pro ἐλίξεις ſcriptum erat ἀλλάξεις.

Verſ. 28. וְאַתָּה הוּא] Et tu ipſe, ſive tu vero idem es i. es immutabilis Mal. 3. 6. Jacob. 1. 17. Chald. addit דִּבְרֵיתָנוּן qui creaſti nos. Thalmudici tradunt הוּא eſſe unum ex nominibus Dei, idque eliciunt ex Eſa. 42. 8. Eam ſententiam Pagninus etiam amplexus eſt. Sed de eo ſupra Pſal. 6. ad vocem יהוה.

יִתָּמוּ] Finiuntur Ebr. conſummabuntur. Eſt Fut. Niph. & quidem anomalum, יִתָּמוּ enim dictum eſt pro יִתְמוּ ob pauſam, hoc rurſus, pro יִתַּמוּ ſicut extat Pſal. 104. 35. Thema eſt חמם abſolvere, conſumere, perfici, Hinc ſunt nomina תם & תמים integer, perfectus, ſincerus,

quæ opponuntur I. mutilo, manco. II. imperfecto & ſignificant omnibus numeris abſolutum, irreprehẽſibilem Deut. 32. III. ſimulatori & hypocritę. Et ſic pii vocantur perfecti Geneſ. 6. Job. 1. 1. Sic etiam Abimelech excuſans peccatum inquit, בְּתָם in ſinceritate cordis mei feci hoc. Hinc etiam eſt vox תֻּמִּים / Exod. 28. 30. Quamvis Bellarm. Vulgatam verſionem defendendi gratia, ſaltem propter infallibilitatem Papæ inde aſtruendam, contra communem Pontificiorum ſententiam ab אמן deducat, ridicula plane originatione, ut & אוּרִים non ab אור ſed à ירה.

Verſ. 29. לְפָנֶיךָ] Ante faciem tuam, coram te. Hoc Lxx. haud indocte verterunt εἰς αἰῶνα in ſeculum. Ita enim interdum uſurpatur vox לִפְנֵי / Eſt enim loci Gen. 18. & temporis. Deut. 2. Sic Pſal. 72. 5. Timebunt te cum Sole & coram Luna i. quamdiu erit Luna, quod poſtea verſ. 7. dicit, uſque dum non erit Luna. & 17. Nomen ejus in æternum לעלם / & coram

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

coram Sole propagabitur. Hinc etiam multi explicant verba iſta primi præcepti, Non habebis Deos alienos, על פני coram me i. omni tempore quo ego ſubſiſto i. unquam, in æternum.

ANALYSIS LOGICA Pſalmi 102.

PRæmiſſis hic iis, quæ ſupra de argumento dicta ſunt. Pſalmus hic, qui eſt ſeria precatio animi afflicti, præter titulum, dividi poteſt in tres partes. In prima continetur precatio, de liberatione ab ingenti miſeria; quæ variis ſimilitudinibus amplificata particulatim recenſetur, à verſ. 2. uſque ad 13. In ſecunda parte proponuntur argumenta ſeu rationes, quibus pii ad haſce preces fundendas provocantur, & quibus ſeipſos conſolantur, fore ut preces ſuæ à Deo exaudiantur, à verſ. 2. uſque ad 24. In tertia parte reditur denuo ad precationem, addita confirmatione de perpetuo amore Dei, erga fideles, à verſ. 24. ad finem. De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

tempore & occaſione hujus Pſal. nō conſentiunt inter ſe interpretes, quiſlibet ſuam conjecturam in medium profert. Cl. Johannes Tarnovius p. m. oſtendit, Rabbinos ſtatuere, hunc Pſalmum agere de ultimo, à tempore Titi Veſpaſiani, Judæorum exilio. Eam autem ſententiam tanquam erroneam rejicit, cum plerisque Neotericis ſtatuens, eum ſub finem captivitatis Babylonicæ factum eſſe. Eſromus Rudingerus in ſua paraphraſi dubitat, An durante adhuc captivitate: an vero poſt reverſionem, & inter initia reſtaurationis, ſcriptus Pſalmus ſit. Et cùm id totum ab explicatione verſ. 14. pendeat, idcirco putat, ſi eum cum multis de Cyro & Dario interpretari placet, Pſalmum eſſe adhuc captivorum. Si v. de toto populo explicare lubitum fuerit, tunc eſſe temporis inſtaurationis. Inſuper etiam aliorum quorundam ſententias enumerat. Dicit enim quoſdam Pſalmum ad Antiochica tempora referre, quando & Jeruſolyma iterum incenſa fuit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

fuit, & vaſtata prorſus, & multi abducti fuerunt. Sed obſtare putat, quod & arx & templum tunc conſervata fuere. Simpliciſſimum vero magiſq; conſentaneum exiſtimat, hæc de captivitatis adhuc durantis tempore interpretari; & quidem eo, quo liberatio jam appropinquabat, confecta fere Hebdomicontade captivitatis. De authore etiam Pſalmi non convenit inter commentatores, niſi quatenus ſtatuant, eum à quodam viro Dei ſive Propheta, populo Iſraelitico captivo, pro formula præſcriptum eſſe, ut eo, fine 70. ann. liberationem à Deo peteret. Sunt tamen qui eum Eſdræ & Danieli aſcribunt. Verum tacente Sp. S. nihil certi haberi poteſt, omnia conjecturis nituntur.

ANALYSIS LEXICA Pſalmi 130.

VErſ. 1. שִׁיר הַמַּעֲלוֹת] Canticum graduum. De hoc titulo ſunt variæ interpretum conjecturæ. Quidam enim exiſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

exiſtimant, hos Pſalmos ita dictos, ad indicandum eos alta voce canendos eſſe, quemadmodum Levitæ dicti ſunt, laudare Deum voce magna למעלה in excelſum i. voce altiſſima. 2. Chron. 20. 19. Alii putant hunc titulum notare excellentiam Pſalmorum, propter brevem gravitatem & ponderoſas ſententias, verborum ac ſententiarum ornatum, ideoq; dici Pſalmos graduum i. in ſummo gradu collocandos, quemadmodum ארם המעלה i. homo eminens, 1. Chr. 17. 17. Alii per gradus, intelligunt gradus per quos aſcendebatur ad templum Hieruſolimitanum, ac ſi cantores in illis conſtitiſſent, canentes hos Pſalmos, atque eorum ſententiam ſequitur Luth. dum vertit, Ein lied im hohern Chor. Singularis autem eſt interpretatio, quam Genebrard. inter alias adfert, & tanquam omnium optimam, & argumentis Pſalmorum accommodatiſſimam probat, videlicet de aſcenſionibus ab exilio, quomodo vox מעלה uſurpatur Ezræ. 7. 9. ut מעלות/ aſcen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

aſcenſiones, non gradus ſignificet, ſumta alluſione ex ſitu Hieruſalem, ad quam omni ex parte aſcendendum erat, quaſi ſenſus hujus tituli ſit; Pſalmi graduum, i. precationes & conſolationes de aſcenſionibus ſive liberationibus ab exilio & captivitate. Hujus ſententiæ fautorem citat Chald. paraphraſten, qui Pſal. 120. vertit canticum pro aſcenſionibus ex abyſſo. Item Suidam in voce ἀναβατμοὶ ſic ſcribentem, λέγουσιν δὲ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος τοῦ λαοῦ ἐπάνοδον. Hoc in loco Chal. vertit שִׁירָא דְּאִתְאֲמַר עַל מַסּוּקִין / Canticum quod dictum eſt ſuper gradibus. Atque ita favere videtur ſecundæ de hoc titulo ſententiæ. Quindecim autem Pſalmi ordine ſe invicem ſequentes hoc titulo inſigniuntur, nempe à 120. ad 134. Unicus 121. habet ל loco ה / למעלות.

Verſ. 2. מִמַּעֲמַקִּים] Ex profundis. Sive ex profunditatibus. Intelligit ingentes calamitates, ut Pſalm. 69. 3. 15. cum profunda cordis affectione, & animæ depreſſione, humilitate. Vel ſenſus eſt, ex profun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

profundis i. ex gravi metu damnationis propter peccata mea, qui metus talis ac tantus eſt,ut videar mihi jam jam deſperatione abſorbendus. Genebrardus explicat de profunditatibus exiliorum, de locis calamitoſis & infelicibus. Et putat alludi ad antra & latebras Davidis Saulem fugientis. Præterea monet, notandam eſſe elegantem Antitheſin ad Pſalmum graduum ſive aſcenſionum. Aſcenſiones, inquit,ſunt liberationes ab exiliis, & crucibus, libertas, pax. Profunda autem ſervitus, captivitas, perſecutio & aliæ calamitates. Hæc ille מעמקים autem caret ſingulari, ubique enim legitur in plurali. Pſal. 69. 3. 15. Eſa. 51. 10.

קְרָאתִיךָ] Inclamo te. Verbum קרא interdum cum ב conſtruitur, & tunc ſignificat denominari, in vel de aliquo. Eſai. 41. 1. & 47. 7. & 65. 1. Sic quidam etiam exponendum judicant locum Ge. 4. 26. Vide Cenſuram Clariſſ. Amama. Phraſes autem æquivalentes hæ ſunt. Vocari nomen alicujus ſuper aliquem,

Eſai.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Eſai. 4. 1. Vocari nomen alicujus in aliquo Gen. 48. 16. Vocare ſuper aliquem in nomine alicujus. Pſal. 49. 12.

Verſ. 3. שִׁמְעָה בְקוֹלִי] Auſculta vocem meam. Ad quæ verba ſic Tarnovius. Quia in hac conſtructione (cum ב videlicet) verbum hoc plerumque ſignificat obedire Gen. 21. 12. & 22. 18. Deut. 28. 2. id ſimul notatur audere pium aliquid in precibus, & Deo velut imperare, fide eum tenere Geneſ. 32. & vi quaſi ad ſe regnum rapere Matth. 11. 12. Obſervatio ſane elegans.

Verſ. 5. לְמַעַן תִּוָּרֵא] Ut timearis. Scilicet timore filiali. Lxx. hic diſceſſerunt à textu Ebraico vertendo ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος σοῦ. Quæ quidem verſio quo ad ſenſum, non multum abludit ab Ebraico. Vulg. vero longius aberravit, reddendo, propter legem tuam, q. ſcriptum fuiſſet תורה/ Verum ubi eſt affixum pronomen, tuum. Iſtum autem errorem hauſit ex tranſlatione Symmachi, qui vertit νόμον. Chald. מִן בְּגְלַל דְּתִתְחַמֵּי / ut videaris, quaſi

eſſet

eſſet à ראה.

Verſ. 6. קִוִּיתִי יְהוָה] Expecto Dominum. Vox קָוָה in Kal & Phiel ſignificat expectare, ſperare, ab aliquo pendere. In Kal, v. eſt tantum uſitata in Benoni. In Niph. congregari. Hinc קַו linea, delineatio. Cum affixo קַוָּם Pſal. 19. 5. Hoc Lxx. reddiderunt φθόγγος αὐτῶν. Sic & Vulg. ſonus eorum, legerunt enim קוֹלָם/ Genebrardus fatetur Ebr. eſſe linea eorum i. ſtructura ad lineam & amuſſim facta. Alii præſcriptum ſeu præceptum eorum ex Eſai. 28. 10. ubi tanquam Synonymum adjicitur nomini ſignificanti præceptum, q. d. Cœli admirabilis ſtructura, ſtellarumq; ordinati curſus omnibus hominibus præſcribunt, quid de Deo ſentire debeant. Apoſtolus hæc verba accommodat, ad prædicationem Apoſtolorum Rom. 10. 18. Prædicatio n. Apoſtolorum non minus in toto terrarum orbe perſonuit, quam mutum illud cœlorum præconium.

Verſ. 7. מִשֹּׁמְרִים לַבֹּקֶר שֹׁמְרִים לַבֹּקֶר]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Præ obſervatoribus ſeu cuſtodibus matutini temporis, cuſtodibus (inquam) matutini temporis i. plus quam excubitores matutinum expectant, expectat anima mea Dominum. Lxx. Vulg. Et cum illis Luther. ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας, à cuſtodia matutina, quod fuiſſet שְׁמוּרָה vel אַשְׁמוּרָה / Chald. מִנְּטוֹרֵי מַטְּרַת צַפְרָא דְּנָטְרִין לְקָרְבָּא קָרְבַּן צַפְרָא / præ obſervantibus cuſtodias matutinas, ut offerant oblationem matutinam. Nox olim in quatuor vigilias diſtribuebatur, ita ut prima inciperet à veſpera, ſecunda ad medium noctis pertingeret, tertia pullorum cantus tranſiret, quarta ad ortum lucis adimpleretur. Clariſſ. Druſius Obſerv. x. 10 eò inclinat ut cum R. Kimhi ſtatuat, Olim tres tantum fuiſſe Vigilias, idque imprimis propter locum Jud. 7. 19. ubi fit mentio vigiliæ mediæ, putat enim ſic dictam quaſi eſſet media inter duas. Verum non potuit, beata iſta anima ſibi in mentem revocare, ſe ſæpius annotaſſe, Ebręos medium vocare, quic-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

quid eſt inter duo extrema, ut & ſecunda & tertia mediæ dici poſſint. Quin & ſecunda vigilia, ideo media vocata dici poteſt, quod in ipſa media nocte terminaretur. Vel pugna ſic tolli poteſt, judicio doctorum, ut dicatur, olim tres vigilias noctis fuiſſe, poſteriori vero ævo quatuor ſucceſſiſſe. Nam de quaternario numero Chriſti tempore non ſinit nos dubitare hiſtoria Euangelica Matth. 14. 15. Marc. 6. 48. Eodem modo Ebræi totum *νυχθήμερον* in 4. partes dividebant, quas etiam vigilias vocabant. Prima erat à veſpera. Secunda à media nocte. Tertia à mane. Quarta à meridie.

Verſ. 8. הַרְבֵּה עִמּוֹ פְדוּת] Et plurimum apud eum redemtionis. Vel multa redemtio. Vox הרבה quo ad formam eſt infinit. Hiphil ſed uſurpatur pro nomine adjectivo, multus, a, um. Sic etiam Eccleſ. 9. 18. vel 20.

Verſ. 9. עֲוֹנוֹתָיו] Iniquitatibus ejus, vel eorum. Cum enim Iſrael ponitur pro toto populo, poteſt jungi cum voce ſingularis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

gularis aut pluralis numeri; quod Ebraicus textus ſæpe docet. Ut, omnis Edom eſſet, 2. Sam. 8. 14. aut omnes Edomæi eſſent. 1. Chron. 18. 13. Sic 2. Reg. 23. 30. cum 2. Chron. 36. 1. Ille accepit, vel illi acceperunt; ſermo de populo.

ANALYSIS LOGICA Pſalmi 130.

PSalmus centeſimus trigeſimus, eſt partim εὐκτικὸς precatorius, partim διηγητικὸς narratorius, partim προτρεπτικὸς hortatorius. Poteſt autem dividi in duas partes. In prima proponitur ſeria ad Deum precatio de remiſſione peccatorum. In ea a. duo ſunt conſideranda. Primo ipſa oratio verſ. 1. & 2. Deinde argumenta, quibus Deum ad exaudiendum permovere conatur. Ea potiſſimum ſunt tria. Primum imbecillitas humana. verſ. 3. Secundum, Dei ad ignoſcendum promptitudo, ejuſq; effectum v. 4. Tertium, intenſiſſima & indeſinens auxilii expectatio verſ. 5. eleganti ſimilitudine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

illuſtrata verſ.6. In ſecunda parte continetur exhortatio, qua populum Iſraëliticum excitare vult, ut ſuis veſtigiis inſiſtens, ſpem ſuam in ſolum Deum defixam habeat verſ. 7. Hanc autem exhortationem confirmat, argumento ducto à benignitate Dei & voluntate, in populo ſuo ab omnibus peccatis redimendo. verſ. 7. 8. De tempore & occaſione hujus Pſalmi, Eſromus Rudingerus diverſas interpretum ſententias recenſet. Dicit enim quoſdam eum Maonico exilio aſcribere. Ille vero quoniam Pſalmum, non Davidis, ſed alterius alicujus eſſe exiſtimat, (quam ſolide alii expendant) hanc quoque opinionem minus conſiſtere poſſe putat, quin potius aliorum conjecturam probabiliorem eſſe, qui eum ad exilium Babylonicum referunt. Maxime autem conſentaneum ei videtur, eum de Macchabaico aliquo tempore interpretari, quocunque illo, modo ejuſmodi ſit, quod metus & doloris plus quam ſpei habuerit, id eſt, quo

Judæi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Judæi ita premebantur, ut ad Deum ſolum reſpicerent, & ab hoc peccatorum ſuorum veniam ſibi peterent, ut mitigarentur miſeriæ eorum.

ANALYSIS LEXICA
Pſalmi 143.

VErſ. 1. מִזְמוֹר לְדָוִד] Canticum Davidis. De hoc titulo Pſalmorum dictum eſt ſupra ad Pſal. 6. Hic autem obſervandum Lxx. & eos ſequutus Vulg. præter Ebraicum textum addere: quando perſequebatur eum Abſalon filius ejus. Genebrardus a. dicit argumentum eſſe generalius quam ut ad perſecutionem Saulis vel Abſolonis coerceatur.

הַאֲזִינָה] Eſt verbum formę Hiph. formatum à nomine אֹזֶן/ auris, in latina vero lingua non extat unica vox qua exprimi poteſt, ſed cogimur ſemper periphraſtice reddere, Auribus percipe. Græci autem inde finxerunt ſibi verbum ἐνωτίζεσθαι. Per Græcos intelligo Lxx. interpretes & authores librorum Apocryph. & N. T.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

בֶּאֱמֻנָתְךָ] In fide tua, ad verbum, i. propter fidem tuam. ב enim hic valet בעבור propter. Sic mox בְּצִדְקָתֶךָ / In juſtitia tua i. propter juſtitiam tuam. Per juſtitiam a. Dei intelligit, eam ipſam quam dixit fidem, ut & infra verſ. 11. Reſpicit enim ad promiſſionem ſibi factam de regno adipiſcendo.

Verſ. 2. לֹא־יִצְדַּק לְפָנֶיךָ כָל־חָי / Non erit juſtus coram te omnis vivens, i. e. omnis homo. Num ergo aliqui? Hoc videtur ſequi juxta Logicam noſtram, in qua, non omnis æquipollet voci, quidam. Sed hic obſervanda ſingularis proprietas linguæ ſanctæ. Ibi enim negatio ſigno univerſali præpoſita ſuæ contrariæ æquipollet, vel ut alii, negatio juncta cum ſigno univerſali in propoſitione non influit in ſignum ſed in verbum. Sic Pſal. 49. 18. Non ſumet in morte ſua omnia. Hieron. hanc phraſeologiam ignorans, graviter lapſus eſt, dum in commentario ad Eph. 1. locum hunc ſic explicat, non juſtificabuntur omnes, ſed aliqui. Cum hic agatur de

tur de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

tur de juſtitia legali, qua nemo juſtificatur. Similes locutiones ſunt Matth. 24. 22. 1. Joh. 2. 21. 2. Pet. 1. 20. Pſal. 76. 6.

Verſ. 3. דִּכָּא] Attrivit i. certò attriturus eſt. Ita enim in Ebr. lingua præteritum ſæpe ponitur pro futuro, maxime apud prophetas, ad ſignificandum maximam rerum quæ prædicantur certitudinem. Lxx. Vulg. humiliavit. Ab hoc themate eſt nomen דַּכָּא / quod fere ſemper habetur pro concreto, contritio. Unicus autem eſt locus, ubi videtur abſtracte reddi poſſe Deut. 23. verſ. 1.

חַיָּתִי] Vitam meam. Quia vero vox חַיָּה ſignificat etiam catervam, cœtum, & per conſequens, comitatum. Job 33. 18. 22. Pſal. 68. 11. & paſſim alibi; hinc quidam eam hoc loco ita explicandam judicant. Quos & imitatur Recens noſtra vernacula in margine.

הוֹשִׁיבַנִי בְמַחֲשַׁכִּים] Collocavit me in tenebris. Quidam interpretes exiſtimant Davidem hiſce verbis, alludere ad hiſtoriam 1. Sam. 24. Alii vero ut Genebr. per

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

tenebras, in genere intelligunt calamitates & mala, quibus mens ejus obtenebrabatur.

כְּמֵתֵי עוֹלָם] Quaſi mortui olim. Ad verbum, quaſi mortui ſeculi. i. ante multa ſecula. Genebr. dicit alios vertere, mortuos in ſeculum ſive in perpetuum; עולם pro לעולם poſitum exiſtimantes. Vox Ebr. quidem utrumque ſenſum per ſe facile admittit, reſpicit n. & tempus prçteritum & futurum. Sed prior hoc in loco magis genuinus videtur. Chald. majoris perſpicuitatis cauſa, addit הַהוּא illius, nempe præteriti. Verba hæc, levi facta vocum tranſpoſitione, extant etiam Thren. 3. 6.

Verſ. 4. יִשְׁתּוֹמֵם] Deſolatus ſibi videtur Lxx. ἐταράχθη turbatus eſt. Poteſt etiam verti obſtupuit. Radix n. eſt שמם quæ vox cum ad animum refertur, ſignificat obſtupeſcere.

Verſ. 5. זָכַרְתִּי יָמִים מִקֶּדֶם] Recordor dierum ab antiquitate i. antiquorum, priſcorum. Quidam interpretes hæc verba

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

verba ſtrictius accipiunt, referentes ad ipſum Davidem, ac ſi de priſtina ſua felicitate loqueretur, quum ornatus præclaris victoriis charus fuit populo. 1. Sam. 17. & 18. Aliis vero inter quos etiam Genebrardus, magis placet, generalior & latior expoſitio, ut per dies antiquos, intelligantur ſecula antiquitus præterita, quæ ab initio mundi fluxerunt. Vox a. Ebr. מִקֶּדֶם / ambigua eſt. Significat enim & prioritatem temporis, & loci. Hinc Vulg. interpres ſæpe nulla habita contextus ratione, unum pro altero accepit. E.g. Gen. 2. 8. ubi in poſteriori ſenſu ponitur & merito verti debet, ab oriente. Ibi Vulg. cum Aquila contra Lxx. vertit, juxta priorem ſenſum, à principio. Quod ſi dicatur intellectum eſſe, de principio ſeu exordio mundi, excuſari quidem aliquo modo poteſt: Nihilominus tamen, quia B. Hieron. dedit occaſionem errandi magnum iſtum errorem, de Paradiſo ante cœlum & terram condito, præſtat communem ſententiam de Oriente cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Lxx. & aliis retinere. מִקֶּדֶם autem interdum ſignificat, Orientem verſus, Gen. 13. 11. ubi Loth dicitur profectus מִקֶּדֶם/ ubi Vulg. habet, ab oriente. Atqui Jordanis, ad cujus ripam ſita erat Sodoma, ad Orientem terræ Canaan ſitus erat. Obſervandus itaque communis uſus מן ſive מ in tali connexione. Aliquando n. valet idem, quod verſus vel ad, & denotat quandoque ſitum ſine motu, aliquando cum motu. Sine motu Gen. 2. plantavit מקדם; cum motu 2. Sã. 6. 2. מבעלי יהודה/ ad Baalima Judæ, vel, Baalima Judę verſus. Conferatur cum 1. Chr. 13. 6. ubi in hiſtoria eadem ponitur בעלתה / cum ה nota ad locum. Sic 1. Sam. 14. 5. מצפון / ad Aquilonem, מנגב ad meridiem. Similiter particula ל ad Eſ. 59. 20. לציון, ab Apoſtolo Rom. 11. 26. vertitur ἐξ Σιὼν.

Verſ. 6. פֵּרַשְׂתִּי יָדַי אֵלֶיךָ] Expando manus meas ad te. i. invoco te, ut Chald. etiam exponit פִּרְסֵת יְדַי בִּצְלוֹ קֳדָמָךְ / Expando manus meas in oratione coram te. Ratio hujus phraſis eſt, quod olim inter

precan-

precandum expandebant manus ſuas, tanquam ad excipiendum benedictionem. Extat præterea Exod. 9. 29. Pſal. 44. 21. 1. Reg. 8. 22. Eadem ſignificatione dicitur, tollere manus, Pſ. 28. 2. 63. 4. 141. 2. Exod. 17. 1. Tim. 2. Volo viros orare in omni loco, levantes manus puras. Sic etiam Virg. Æneid. 2. de Sinone.

Suſtulit exutas vinculis ad ſidera palmas.

Et alibi de Ænea.

Duplices tendens ad ſidera palmas.

Præterea autem hæc phraſis, tollere manus duo ſignificat, 1. jurare, quia eſt geſtus orantis Exod. 6. 8. Num. 14. 30. 106. 26. Apoc. 1. 6. Virg. 12. Æn.

—— Deinde Latinus

Suſpiciens cœlum, tenditq́; ad ſidera, dextram (juro.

Hæc eadem, AEnea, terram, mare, ſidera

Deinde, ſumitur pro benedicere Pſ. 134.

כְּאֶרֶץ־עֲיֵפָה] Tanquam terra feſſa, deſiderio imbris ſcilicet, quemadmodum vim vocis, tali ſuppletione commodiſſime expreſſit Clar. Tarnovius, quædam exem-

exemplaria habent, בְּאֶרֶץ in terra. In optimis conſtantiſſime retinetur כ nota ſimilitudinis. Quin etiam omnes interpretes, qua veteres qua recentiores, expreſſerunt comparationem. Ita n. Lxx. ὡς γῆ ἄνυδρος. Vulg. ſicut terra ſine aqua. Chald. הֵיךְ אַלְעָא דְּצַחְיָא לְמַיָּא / ſic etiam Pagninus, Arias Montanus, Eſromus Rudingerus & alii. Pſal. 63. 2. occurrunt hęc eadem verba; verum ibi legitur בארץ.

לְךָ] Tibi ſcilicet ſitit, vel tui ſitiens eſt. Eſt enim Ellipſis verbi relati. Phraſis autem integra reperitur Pſal. 42. 3. & 63. 2. Chal. defectū ſic ſupplet, מוֹרִיקָא לָךְ לְעָלְמִין reſpicit ad te in æternum. Senſu eodem.

Verſ. 7. נִמְשַׁלְתִּי עִם] Conſimilis fio cum vel aſſimilor cum. עם autem ponitur hic pro כמו vel כ nota ſimilitudinis. Sic Job. 3. 13. ut notat Junius ad Pſal. 120. 5. Et quemadmodum כ / ſæpe redundat Pſal. 49. 21. Job. 30. 19. Rom. 9. 29.

יֹרְדֵי בוֹר] Deſcendentibus in foveam. בור autem habet varias ſignificationes. I. enim denotat foveam ſeu foſſam in qua colli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

colliguntur aquæ pluviæ, atque ita diſtinguitur à בְּאֵר / quæ puteum ſignificat. II. Foveam effoſſam ut in eam incidant feræ, & per metaph. inſidias, Pſal. 7. III. Ergaſtulum, carcerem, foveæ ſimilem Exod. 12. 29. qui locus conferatur cum Exod. 11. 5. IV. Foveam in qua mortui conduntur, ut hoc loco & Pſal. 28. 1. & 30. 4. & alibi. Lxx. reddunt per λάκκον, confundentes λάκκος & lacum. Λάκκος enim eſt ciſterna, בור autem lacus.

Verſ. 8. הַשְׁמִיעֵנִי בַבֹּקֶר] Fac ut audiam mane i. cito, celeriter, id enim denotat בקר hoc loco, ut מהר verſu pręcedenti indicat. Ita etiam ſumitur hęc vox Pſal. 90. 14. & denotat quodlibet tempus primum & opportunum, tum ad precandum, tum ad recipiendum benedictionem. Habet autem nomen ab inquirendo, intuendo, ſcrutando.

נָשָׂאתִי נַפְשִׁי] Attollo, levo, animam meam i. te deſidero, affecto. Chald. addit בִּצְלוֹ in oratione. Verbum נשא cum variis nominibus conſtruitur, ac pro diverſa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

verſa nominum appoſitione diverſas habet ſignificationes. Cum נֶפֶשׁ anima, ſignificat inhiare, concupiſcere, deſiderare, ut hoc loco. Sic etiam Jer. 22. Item Pſal. 24.3. אשר לא נשא לשוא נפשו / Qui non levat ad vanitatem animam ſuam i. qui non concupiſcit res vanas. Quamvis alii aliter hunc locum exponunt. Quidam enim hoc intelligunt de vano juramento, ut tollere animam ſuam in vanum, ſit idem quod jurare per animam ſuam in vanum. Sic Lxx. Vulg. & alii. Alii per res vanas, intelligunt, vanam & prophanam doctrinam; ut B. Luth. cum פנים verbum נשא conjunctum ſignificat, ſuſcipere. 2. Par. 19. At ſi agatur de facie propria, tum eſt vel Reverentiæ vel impudentiæ. Reverentiæ Deut. 28. 50. Cum שֵׁם & ברית ſignificat aſſumere, ut in Decalogo. Cum ראש eſt vel extollere ſeu promovere aliquem 2. Reg. ult. verſ. 27. Item Recenſere. Exod. 30. 12. & Gen. 40. 13. juxta quoſdam. Vel ſi de proprio capite agatur, emergere ex difficultate

vel ſu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

vel ſuperbire. Cum peccato tollere, remittere, ut ſupra Pſal. 32. Sed & pœnas luere, & tunc per portare exponitur. Jer. 18. ubi tamen intercedit particula ב. At Levit. 5. nihil intercedit.

Verſ. 9. אֵלֶיךָ כִסִּתִי] Ad te confugio. Ita Lxx. verterunt. Eam quoque expoſitionem tanquam probam amplectitur, Cl. Johannes Tarnov. Verum hoc eſſet חסה/ at כסה ſignificat texit. Sed reſpondet has duas voces, tantum convenire ſignificatione quantum literis. Quin etiam ex grammatica notum eſt, literas homogeneas, ſæpe inter ſe commutari. Alii vero propriam vocis ſignificationem retinere ſtudentes, ita verterunt. Apud te tectum contineo, illum, ſcilicet animum, ex verſu præcedenti; paulo durius & torte. Ita Tremellius & Junius. Melius itaque & clarius ſic reddi quidam exiſtimant. Ad te confugio & tego me; ſcilicet ſub umbra alarum tuarum, ut Pſal. 57. 2. Reſpiciuntque ad conſuetudinem in lingua Ebræa uſitatam, ut verba Ebræorum

aliquan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

aliquando ſint prægnantia, ita ut aliud includant, unumque pro altero ponatur, Pſal. 68. Accepiſti dona inter homines i. accepiſti & diſtribuiſti. Conferatur cum Epheſ. 4. 8. Sunt vero alii qui verba hæc ita exponenda putant, tego me confugiens ad te, vel ad te tectè confugio, i. clam, ſecrete aperio tibi quæ aliis tecta volo. Chald. ita transfert, מֵימְרָךְ מַנֵּיתִי לְפָרִיקִי / Verbum tuum conſtitui Redemtorem meum. Jam vero notat Genebr. Chaldæos paraphraſtas, ſæpe pro Deo, verbum Dei transferre, ac ſi aliquid audiviſſent de Dei verbo increato καὶ ὑφισταμένῳ.

Verſ. 10. רוּחֲךָ טוֹבָה תַּנְחֵנִי] Spiritus tuus bonus deducet me. Ita Græc. Alii, in forma precandi, Spiritus tuus bonus deducat me; aut ſic, Spiritus tuus eſt bonus; deducat ille me. Ita recens noſtra vernacula. Conferatur Nehem. 9. 20. Junius & Tremellius reddunt verbum תַּנְחֵנִי in imperat. ac ſi eſſet ſecundæ perſonæ, hoc modo, Spiritu tuo deduc me.

בְּאֶרֶץ]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

בְּאֶרֶץ מִישׁוֹר] In terra recta ſeu plana ne graviter impingam, cadam. Ita ſumitur hæc vox Deut.3.10. Jer.21.13. Apoſtolus Hebr.1.8. exprimit per εὐθύτης, rectitudo, ex Pſal. 45. 7. Opponitur, עָקוֹב curvo, obliquo, intorto, Eſa. 40. 4.

Verſ. 11. לְמַעַן־שִׁמְךָ] Propter nomen tuum. i. propter gloriam & celebritatem tuam, ſeu nominis tui: ita n. ſæpe uſurpatur hæc vox Gen.6.4. Eccl.7.3. Maxime a. peculiaris locus eſt in N. T. Phil. 2. 9. ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ad nomen Jeſu omne genu flectetur i. ad dignitatem & majeſtatem nominis Jeſu. E-contra obſcuri homines dicuntur Viri ſine nomine. Job.30.8. Præterea vox שם apud Rabbinos ſæpiſſime uſurpatur pro Deo. Hinc quidam explicandum putarunt, locum per ſe difficilem Mich. 6. 9. תושיה יראה שמך / ſic vertentes. Nomen tuum i. tu ipſe Deus, videbit תושיה quod res eſt, i. quicquid in civitate eſt, juxta quoſdam. Atque illa videtur etiam propria vocis ſignificatio à יש fuit. Et juxta

Abenezræ ſententiam, vocatur eo nomine, quicquid firmiter permanet, nec cito perit, in quo genere cum ſapientia nullo modo ultimum locum occupat, hinc alii locum hunc, inverſo ordine ſic exponunt תושיה ſapientia videbit nomen tuum. Alii aliter. Verum priori ſententiæ ipſa Syntaxis aſtipulari videtur.

ANALYSIS LOGICA Pſalmi 143.

PSalmus hic eſt εὐκ]ικὸς precativus. Poteſt autem commode dividi in duas partes. In prima obteſtatur Pſalmiſta Deum, ut exaudiat preces ſuas verſ. 1. peccata remittat, quæ miſericordiæ ejus impedimento eſſe poſſent verſ. 2. ſimulque certas addit rationes hujus ſuæ ſupplicationis, vid. recordationem tam præſentis miſerrimæ quam præteritæ feliciſſimæ ſuæ conditionis verſ. 3. 4. 5. In ſecunda parte renovat quaſi, preces ſuas, orans Deum ut recipiat ſupplicationem ſuam verſ. 6. 7. oſtendat illi benignitatem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ſuam verſ. 8. dirigat vitam ſuam verſ. 8. 10. liberet ſe ab hoſtibus ſuis, vivumque ſervet verſ. 9. 11. perdat & exſcindat hoſtes ſuos verſ. 12. ſingulas quoque haſce petitiones ſuis argumentis confirmat. De tempore & occaſione, etſi præter Lxx. interpretes, multa multi in medium proferunt, & unuſquiſque ſuas habet conjecturas; ſimpliciſſima tamen & maxime conſentanea illa videtur ſententia, qua ſtatuitur hunc Pſalmum à Davide eſſe conſcriptum, cum Saulem perſequentem fugere cogebatur. Atque id etiam Clar. Tarnovius ſuo calculo approbat.

Cal. Januarii 1629.

Pro felici auſpicio Novi Anni
Pſalmi 65. Analyſis.

LEXICA.

VUlgatus Latinus interpres, 70. ſequutus in titulo hujus Pſalmi hæc verba interſerit: Canticum Hieremiæ & Ezechielis, & populi & tranſmigrationis

 cum

cum inciperet proficiſci. Atqui in Ebraico textu hæc non habentur. Ideoq; fruſtraneus eſt omnis iſte labor Bellarmini & Genebrardi, quem in hoc defendendo inſumunt. Nec Bellarminum authoritas patrum, quos allegat, hac in re quicquam juvat. Nam ut quidam inquit, *Qui patres unquam erraſſe negat, negat Solem lucere in meridie.*

Verſ. 1. לְךָ דֻמִיָּה תְהִלָּה] Interpretes hic in diverſum abeunt. Quidam enim ponunt duplicem Ellipſin. I. verbi *eſt.* II. conjunctionis copulativæ (ו) ſic vertentes. Tibi ſilentium *eſt &* laus. Senſus eſt: Quum populus congregatus eſt in Sione, tum ſilet tibi. i. e. te invocat & quiete auxilium tuum expectat. Alii: Tibi debetur certa laus: per Ellipſin vocis, debetur, & דמיה tanquam participium, ſilens, i. e. ἀναντίῤῥητος. Alii ſic: quod alibi ſiletur, hoc laudatur in Sion. Vulgatus juxta Lxx. te decet hymnus; quaſi legiſſet יְדַמֶּה. Kimhi putat eſſe adjectivum & exponit: tibi tacita eſt laus. i. e.

tacet

tacet laus ratione magnitudinis beneficiorum. Alii aliter. Vox autem דמיה in S. Scriptura aliâs ſubſtantive aliâs participialiter uſurpatur, ut Pſal. 62. 2. דּוּמִיָּה / ſilens eſt anima mea. Eſt a. referenda ad formam גלה. Nam וּ eſt poſitum pro ֻ, prout ſunt puncta permutabilia; jod vero mobile eſt poſitum pro ה.

Verſ. 3. כָּל־בָּשָׂר] Omnis caro. De tali duarum harum vocum conjunctione, ut & vario vocis בָּשָׂר uſu, dictum eſt ſupra. Hic a. ſumitur pro ſolo homine, duplici Synecdoche I. generis, dum illud quod omnibus animalibus competit, ſoli homini tribuatur, ut caro ponatur pro carne humana. II. Membri, dum caro ponitur pro tota ſubſtantia hominis. Particula כל ponitur in ſignificatione diſtributiva.

Verſ. 4. דִּבְרֵי עֲוֹנוֹת] Verba i. e. res, *iniquitatum* i. e. iniquæ, abſtractum pro concreto. דבר autem hic rem non verbum aut ſermonem juxta Lxx. & Vulgatum vertendum eſſe, ſequens he-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

miſtichium docet;ibi enim oſtendit Pſalmiſta quid per Res iniquas intelligit, videlicet peccata ſeu defectiones.

פְּשָׁעֵנוּ אַתָּה תְּכַפְּרֵם] Defectiones noſtras tu expias. כפר in Kal ſignificat, tegere, bituminare, Gen. 6.14. In phiel v. quando dicitur de facie vel ira, denotat placare, avertere Gen. 32. 20. Prov. 16.15. quando de peccato, expiare, remittere, condonare, ut hoc loco, item Pſal. 78.38. Hinc operculum arcæ fœderis vocatur Exod. 25. 17. כַּפֹּרֶת / quaſi operculum propitiatorium ſive expiatorium. Lxx. verò ἱλαςήριον quam vocem Apoſtolus etiam retinuit ad Hebr. 9. 5.

Verſ. 5. בְּטוּב בֵּיתֶךָ] In bono domus tuæ. Poteſt etiam verti in Bonis. Vox n. טוב interdum collective uſurpatur, ut Geneſ. 24. 10. ubi de ſervo Abrahami in Meſopotamiam profecturo dicitur, quod כל טוב omne bonum i.e. omnia bona Domini ejus in manu ejus.

Verſ. 6. נוֹרָאוֹת בְּצֶדֶק תַּעֲנֵנוּ] Terribilia in juſtitia reſpondes nobis i.e. ingruentibus ho-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

bus hoſtibus, reſpondes te illos terribiliter abacturum, & hoc motus juſtitia. Reſpicitur autem ad morem antiquum, quo Deus ex tabernaculo oracula dedit Num. 7. 89. Quidam, Mirabilis res eſt, quod nos exaudis in juſtitia. Alii inverſo ordine & futuro in imperativum mutato, Exaudi nos ſecundum mirabilem juſtitiam. Vulgatus juxta Lxx. duabus prioribus vocibus cum præcedenti verſu ferruminatis, ab ultima hunc verſum exordiens, ſic vertit; Mirabile in æquitate. Exaudi nos. Deus autem dicitur terribilia reſpondere i. e. mirificis liberationibus Eccleſiæ & horribilibus pœnis impiorum terribilem ſuam potentiam oſtendere. Verbum reſpondendi Emphaticum eſt, indicans Deum quaſi expugnatum piorum precibus id facere.

Verſ. 7. מֵכִין הָרִים] Stabiliens. Lxx. ubicunque hæc vox occurrit, ſemper exponunt eam per ἑτοιμάζειν. Vulgatus autem verum ejus uſum ignorans, per, parare. Verum obſervandum eſt Lxx. interpre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

terpretes & authores librorum Apocryphorum, & N. T. longe aliter uſos eſſe hac voce quam prophani. Illi enim ſæpius eam uſurparunt, pro firmare, ſtabilire, confirmare. Per montes quorum hic fit mentio, intelliguntur regna, politiæ, Reſpubl. ut ſæpe aliâs Jer. 51. 25. Eſa. 22. Pſal. 30. 8.

Verſ. 8. מַשְׁבִּיחַ] Compeſcens. Particip. Hiph. ab inuſitata radice שבח / quæ in Phiel nunc laudare nunc compeſcere ſeu cohibere ſignificat. In Hiphil compeſcere. Unde videtur ſignificationem Kal eſſe quieſcere, ut ſignificatio Phiel & Hiphil ſit quieſcere fecit. Nam & qui laudat & qui compeſcit quieſcere facit, hic quidem vi, ille vero perſuaſione.

הֲמוֹן לְאֻמִּים] Fremitum gentium. Vulgatus ex Lxx. Turbabuntur gentes. Interpretatio plane enormis, nec ullo modo cum fontibus conciliari poteſt.

Verſ. 9. מֵאוֹתֹתֶיךָ] A ſignis tuis. Poteſt etiam verti, propter ſigna tua. Nam præpoſ. מן interdum valet propter, Pſal.

12. 6.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

12. 6. Jere. 24. 2. 3. Per ſigna autem intelligit judicia divina in hoſtes Eccleſiæ, idq́ue κατ' ἐξοχὴν, cum alioqui perpetua conſervatio Eccleſiæ & Reipublicæ non minus ſit miraculum ſeu ſignum quam pœnæ.

מוֹצָאֵי בֹקֶר וָעֶרֶב] Hæc verba non uno modo ab interpretibus exponuntur. Quidam enim ſic vertunt. Qui facis ut canant Exitus matutinos & veſpertinos, i. e. qui totos dies à principio ad finem conſumis in docendis hominibus laudem tuam: quaſi membra Synchyſi poëtica eſſent tranſpoſita, & per Exitus matutinos & veſpertinos, ſucceſſivus curſus diei & noctis eſſet intelligendus. Huic ſententiæ B. Lutherus in ſua tranſlatione aſtipulari videtur his verbis: **Du macheſt frolich / Was da Webert / beide des morgens vnd abends.** Alii de populis in oriente & occidente habitantibus exponunt. Alii ſic: Facis canere Exitus mane i. e. matutini temporis & veſperi, id eſt, quæ exeunt mane & veſperi.

peri. Atque ita per exitus matutinos intelligunt homines, mane ad opera ſua obeunda egredientes, per veſpertinos, Beſtias ſeu feras, veſpertino tempore ad prædam quærendam ex luſtris ſuis egredientes, ut ex Pſal. 104. 20. ad 24. apparet.

Verſ. 10. תְּשֹׁקְקֶהָ] Quidam reddunt hanc vocem per deſideraſti, appetiviſti, ac ſi thema fuiſſet שוק. Alii rigaſti eam à themate שקק / quod etiam huic loco videtur maxime accommodum. Atque notatu dignum eſt τὸ שוקק eſſe cognatum nomen voci תשוקה / quæ deſiderium ſeu appetitum ſignificat. Vulgatus juxta Lxx. inebriaſti, ab eodem שקה.

רַבַּת] Vox generis fœmin. & formæ conſtructæ, cum tamen non habeat annexum nomen quod ab ea regatur. Quare & variis interpretum conjecturis eſt obnoxia. Quidam enim ſtatuunt Ellipſin vocis עשר & præpoſ. ב ante רבת/ ut hæc eſſet plena locutio ברבת עשר. Alii volunt eſſe adverbium. Atque

iſti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

iſti ſententiæ plurimi interpretes ſubſcribunt. Senſus enim commodiſſime exprimitur per adverbium, plurimum. Vulg. juxta Lxx. multiplicaſti &c. quaſi fuiſſet verbum ſecundæ perſonæ.

תַּעְשְׁרֶנָּה] In hac voce notanda eſt anomalia, qua ש habet (:) ſub ſe loco Kirik; pro שִׁי enim poſitum eſt שְׁ.

פֶּלֶג אֱלֹהִים] Rivus Dei. Intelligitur vel larga pluvia, ut montes Dei pro celſiſſimis Pſal. 36. 7. juxta quoſdam. Vel Siloah aut Jordanis, aliorum judicio; qui ſimul inſtituunt comparationem inter eum & Nilum quoad aquarum abundantiam. Quibuſdam autem videtur David his verbis opponere Rivum Dei, aliis rivis naturalibus, atque alluſiſſe ad locum Deut. 11. 10. 11. ubi manifeſta antitheſis ponitur inter Ægyptum, quam exundatio Nili fœcundabat, & inter terram promiſſam quæ non abundabat magnis nec multis fluviis, ſed pluviam è cœlo expectabat.

דְּגָנָם] Frumentum illorum. Pronomen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

men relativum referendum eſt ad adjunctum rei, cujus mentio antea facta eſt, videlicet ad Iſraelitas, utpote terræ iſtius habitatores. Similis Syntaxis eſt Joh. 8. 44. ubi de Diabolo dicitur, ὅτι ψεύστης ἐστι, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ſcilicet τοῦ ψεύδους, quod præceſſit. Ab hoc themate quidam deducunt vocem Dagon nomen idoli Palæſtinorum. Sed iſtam Etymologiam evertere videtur locus 1. Sam. 5. 4. ibi enim dicitur, quod tertia vice in terram coram arca collapſo, caput & ambæ manus ei abſciſſæ erant tantum remanſerat דגון i. e. quod referebat piſcem.

Verſ. 11. רַוֵּה & נַחֵת] Hæ duæ voces poſſunt eſſe infinitivi & imp. modi. Sed imperativus hic non quadrat, nam continetur narratio beneficiorum Dei. Infinitivus quadrat ſi accipiatur pro indicativo. Vox נַחֵת ſonat proprie deſcendere fac. Eſt v. formę phiel â נחת deſcendit, quod eſt Chald.

רְבִיבִים] Guttę grandiores. Deut. 32. 8. op-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

8. opponuntur ei שעירים.

צמחה] Germen ejus, quod pullulat ex terra. Hoc nomen Chriſto tanquam titulus aſcribitur Eſai. 4. 2. Ezech. 3. 8. & 6. 12.

Verſ. 12. עטרת שנת טובתך] Coronas annum bonitatis tuæ i. e. bonum tuum ut Pſal. 2. 6. Mons ſanctitatis meæ i. e. mons ſanctus meus. Alii vertunt. Coronas annum bonitate tua. Sed iſtam verſionem reſpuit forma conſtructa vocis שנת. Vulg. juxta Lxx. tranſpoſito ordine & verbo in nomen mutato vertunt, Benedices coronæ anni. Pſalmiſta videtur reſpicere ad annum Sabbathicum & ſeptimum, quem Deus injungit populo ſuo Levit. 25. 20. 21. & ad omnem diffidentiam tollendam, promittit ſe ſexto anno ita agris eorum benedicturum, ut in annos ternos proventum ſuum proferant.

מעגליך] Veſtigia tua. Nonnulli hoc de nubibus intelligunt, quia illis inequitare dicitur Pſal. 104. 3. Eſt autem dul- ciſſima

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

ciſſima Metaphora, quæ depingit Deum quaſi patremfamilias quacunque incedit fœcundare agros.

Verſ. 14. כָּרִים] Paſcua, prata. 70. & Latin. Arietes. Ebraicum utrumque ſignificat Eſai. 30. 23. & 34. 6. Sed poſteriorem interpretationem non admittit conſtructio grammatica, tunc enim diceretur כרי forma conſtructa. Quod etſi Genebrardus conatur per Enallagen numerorum defendere, tamen nimis coactum videtur.

אַף יָשִׁירוּ] Significatur hoc loco vel continuatio gaudii. (Alioqui enim canere minus eſt quam jubilare.) Vel eſt inverſio ordinis, quod Rebia innuere videtur.

ANALYSIS LOGICA Pſalmi 65.

PSalmus hic eſt Euchariſticus. Dividi poteſt in duas partes. Prima continet debitum, quod Iſraelitæ & omnes homines Davidis exemplo, Deo perſol-
vere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

vere tenentur. Illud vero triplex eſt. I. Laus verſ. 1. II. Vota ibid. III. Omnium hominum concurſus. verſ. 3. Secunda pars indicat cauſas hujus debiti, videlicet beneficia, quæ Deus omnibus hominibus cujuſcunque ſtatus præſtat. Horum quoque tria genera recenſentur. Primum eſt quod exaudiat preces verſ. 3. peccata expiet. verſ. 4. cultum ſui inſtituat & mirabiliter adverſus hoſtium impetum defendat. verſ. 5. 6. Hæc omnia Eccleſiaſticum ſtatum præcipue competunt, quem ſocietatem domus divinæ appellat. Secundum eſt, quod Regna & politias ſtabiliat verſ. 7. Hoſtes depellat, pacemq́ue reſtituat. verſ. 8. 9. Hæc ad politicum ſtatum pertinent. Tertium & ultimum beneficium ſtatuiq́ue œconomico competens, recenſetur verſ. 10. & ſequentibus uſque ad finem; eſtq́ue terræ & agrorum fertilitas & fœcunditas.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 02106 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-114 8° 2106